plenius continetur. Et similiter, Quintodecimo die Februarii, Anno regni nostri Vicesimo secundo, per alias Literas nostras Patentes concesserimus, quod Manerium de Bekford', cum pertinen', in Com' Glouc' & Lincoln', quod dilectus & fidelis noster Willielmus Robertus Roos habuit & tenuit ex concessione nostra, ad terminum vite sue, & quod post mortem ejusdem Roberti, ad Nos & Heredes nostros reverti debuisset, post decessum ipsius Roberti integre remaneret prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis imperpetuum; cum omnibus membris & pertinen' universis eidem Manerio de Bekford, alias dict' * Prioratum de Bekford, ullo modo spectantibus sive concernentibus, absque aliquo inde Nobis vel Heredibus nostris reddendo, prout in eisdem Literis plenius continetur. Et ulterius, Sextodecimo die Decembris, eodem Anno regni nostri Vicesimo secundo, per alias Literas nostras Patentes concesserimus, quod Manerium de Wedonbeke, alias dict' Manerium de Wedonbek cum pertin', in Com' North', parcell' Prioratus de Okebourne Alienigen', quod carissimus Consanguineus noster Humfridus Comes Stafford, tunc habuit & tenuit ex concessione nostra, ad terminum vite sue, & quod post mortem ejusdem Comitis, ad Nos & Heredes nostros reverti debuisset, post decessum ipsius Comitis remaneret prefat' Preposito & Collegio. Habend' & Tenend', sibi & Successoribus suis, Manerium predict', cum ceteris premissis, in augmentationem sustentationis eorumdem, & in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, absque aliquo inde Nobis vel Heredibus nostris reddendo, prout in eisdem Literis plenius continetur. Ac, Vicesimo die Junii extunc prox' sequent', per quandam Cartam nostram concesserimus & confirmaverimus prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, ac omnibus & singulis personis Villam & Parochiam beate Marie de Eton' predict' adtunc inhabitantibus, ac extunc aliqualiter successive imperpetuum inhabitatur', quod ipsi sub talibus protectione, tuitione & defensione * nostras, Heredum & Successorum nostrorum imperpetuum essent, videlicet, quod nullus Captor seu Provisor Victualium, aut aliarum rerum quarumcumque pro Hospitio nostro, Heredum seu Successorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque, nec aliquis alius Officiarius, Serviens, seu Minister noster, Heredum seu Successorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque, quicquam de Bladis, Fenis, Equis, Bobus, Ovibus, Vaccis, Porcis, Porcellis, Pullet', Piscibus, aut aliis Victualibus quibuscumque, Bigis, Carectis, Batellis, Cariagiis, per Terram aut per Aquam, Stramine, Litera, aut aliis Bonis & Rebus quibuscumque eorumdem Prepositi & Collegii, seu Successorum suorum, seu earumdem personarum Villam & Parochiam predict' ut premittitur inhabitan' seu inhabitatur', caperet seu provideret contra voluntatem suam, aut alicujus eorumdem quoquo modo, sub gravi indignatione nostra, & forisfactura Decem Librarum, quarum medietatem ad opus nostrum levari & retineri, & aliam medietatem pro Nobis, Heredibus & Successoribus nostris, prefat' Preposito & Collegio, & eorum Successoribus, levari voluerimus, & eorum usibus applicari. Et ulterius, concesserimus, & dicta Carta nostra confirmaverimus, eisdem personis predict' Villam inhitan' seu inhitatur', quod ipsi sub talibus protectione, tuitione & defensione nostris, Heredum & Successorum nostrorum imperpetuum similiter essent, videlicet, quod nullus Hospitator, Captor seu Provisor Hospitii nostri, seu pro Hospitio nostro, Heredum & Successorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque, nec aliquis alius Officiarius, Serviens, seu Minister noster, Heredum seu Successorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque, aliquam personam vel aliquas personas, infra Villam & Parochiam predict', contra voluntatem Prepositi Collegii nostri predicti, aut ejusdem Prepositi vicem gerentis in ejus absentia pro tempore existen', aliqualiter hospitaretur, set essent & remanerent omnia & omnimoda Hospitia, * Domos & Mansiones, infra Villam & Parochiam predict', pro Pueris & Scolaribus illuc pro eorum disciplina confluentibus, ac pro aliis personis similiter illuc ex causa quacumque Collegium nostrum predictum concernente confluentibus, ad ipsos in eisdem Hospitiis, Domibus & Mansionibus, juxta discretionem Prepositi Collegii nostri predicti, aut hujusmodi Prepositi vicem gerentis in ejus absentia, hospitand' specialiter reservata, sic quod nulla persona, quecumque esset, se aut aliquam aliam personam, seu aliquas alias personas quascumque, sub aliqua alia forma, in eisdem Hospitiis, Domibus sive Mansionibus hospitari auderet nec presumeret quovismodis, sub gravi indignatione nostra, & forisfactura predicta in forma predicta, ad opus nostrum levand' & retinend', ac prefat' Preposito & Collegio, & eorum Successoribus levand', & eorum usibus ut predictum est applicand', prout in eadem Carta plenius continetur. Et etiam, Vicesimo primo die Januarii, Anno regni nostri Vicesimo tertio, per alias Literas nostras Patentes concesserimus, quod quidam Gurges in Riva Thames' vocat' Hovedewere, * in piscar' ejusdem, & omnibus pertin' suis, quam Johannes Byrkyn habet & tenet ad terminum vite sue, ex concessione nostra, & qui post mortem ejusdem Johannis, ad Nos & Heredes nostros reverti debuisset, post decessum ipsius Johannis remaneret prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, in augmentationem sustentationis eorum, & in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, absque aliquo inde Nobis vel Heredibus nostris reddend' vel faciendo, prout in eisdem Literis plenius continetur. Ac etiam, eodem die, per alias Literas nostras Patentes concesserimus, prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, unum Dolium vini rubii Vascon': Habend' & percipiend', sibi & Successoribus suis imperpetuum, in Portu Civitatis nostre London', per manus Capitalis Pincerne nostri & Heredum nostrorum pro tempore existen', seu ejus Deputati ibidem, prout in eisdem Literis plenius continetur. Necnon, Duodecimo die Martii extunc prox' sequent', per alias Literas nostras Patentes concesserimus, prefat' Preposito & Collegio, omnia Terras, Tenementa, Redditus & Servitia, que tunc habuimus in Villa & Parochia de Eton' predicta, una cum omnibus cōis Aisiamentis, Commoditatibus, Francheſiis, Libertatibus & Privilegiis predict', a Festo Sancti Michaelis tunc ultimo preterito, prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, in augmentationem sustentationis eorumdem, & in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, absque aliquo Nobis vel Heredibus nostris, pro Wardis Castri nostri de Wyndesore, Hidagio, pulcro plito, Auxilio Vicecomitum, seu quacumq; alia de causa inde reddend', prout in eisdem Literis plenius continetur. Et cum Willielmus Mountford, & Willielmus Peyto, Milites, Johannes Verney, Clericus, Johannes Naufau, Johannes Boville, Thomas Huggeford, Armigeri, & Robertus Stanschawe, per quoddam scriptum suum, cujus dat' est in Festo Annunciationis beate Marie Virginis, dicto Anno Vicesimo tertio, recitantes qualiter Alicia uxor Willielmi Marchionis Suff', nuper uxor Johannis Phillyp Militis defuncti, virtute cujusdam concessionis Willielmi Phillyp Militis, Thome Chaucers Armigeri, Thome Derham, Johannis Throkmarton, & Johannis Wode, eidem Alicie & dict' Johanni Phillyp nuper Viro suo, & Heredibus de corporibus eorum legitime procreat' facte, habeat & teneat ad terminum vite sue, ut tenens in feodo talliato exitu extincto, Domum, Manerium sive Dominium de Grovebury in Com' Bed', alias dict' Domum, Manerium sive Dominium de Leghton Busard, cum omnibus Terris & Tenementis in Stodeham, in eodem Com'. Neweford & Blanford, in Com' Dorf'. Stukelay, Northalle, Edelesburgh & Rodemache, in Com' Buk'. Compton Saint John, Portesmouth & Burhegge, in Com' Suſſex', & Suthit'. Rundale & Bierlingismyle, in Com' Kanc'. Necnon omnia alia Dominia, Terras, Tenementa, Redditus,

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

* Sic Orig.

* Sic Orig.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

Servitia, Portiones, Penciones, Boſcos & Molendina, Prata, Paſturas, Paſcuas, Aquas, Vias, Semitas & Piſcarias, ſimul cum Feod' Militum, & Advocationibus Eccleſiarum, ac aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, necnon alias Poſſeſſiones quaſcumque, cum ſuis pertinen', ad dictum Dominium, Manerium ſive Dominium de Grovebury qualitercumque infra Com' predict' pertinent' ſive ſpectant'; una cum Eccleſia de Tyntagell in Comitatu Cornubie, cum omnibus Reventionibus & Emolumentis ad eandem Eccleſiam pertinent', & de eadem Eccleſia provenientibus; cum Franchefiis, Libertatibus, Privilegiis, Quietantiis, Juribus & Conſuetudinibus, ad predictum Domum, Manerium ſive Dominium de Grovebury, ac ad alia Dominia, Terras, Tenementa & Eccleſiam predict', vel ad aliquam parcellam eorumdem pertinent' ſive ſpectant', vel ab antiquo aut ex conceſſione vel confirmatione Regis vel Regum Anglie, quovis modo habit' & uſitat', reverſione inde poſt mortem dicte Alicie, virtute alterius Conceſſionis predictorum
m. 20.) Willielmi Phillyp Militis, Thome Chaucers Armigeri, Thome Derham, Johannis Throkmarton, & Johannis Wode, eiſdem Willielmo Mountford, Willielmo Peyto, Johanni Verney, Johanni Naufau, Johanni Boville, Thome Huggeford, & Roberto Stanſhawe, ſimul cum Ricardo de Bello Campo nuper Comite Warr', Johanne Merbury Armigero, Roberto Andrewe Armigero, & Willielmo Stowghton defunct', Heredibus & Aſſignatis ſuis, inde fact', plene & integre ſpectant', conceſſerint, quod predict' Domus, Manerium ſive Dominium de Grovebury, alias dict' Domus, Manerium ſive Dominium de Leghton Buſard, ac etiam omnia predicta alia Dominia, Terre, Tenementa, Redditus, Servitia, Porciones, Penſiones, Boſci, Molendina, Prata, Paſtur', Paſcue, Aque, Vie, Semite & Piſcar', ſimul cum predict' Feod' Militum, & Advocationibus Eccleſiarum, ac aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque ſupra ſpecificatorum, necnon alie Poſſeſſiones quecumque ſupradict', cum ſuis pertinen', una cum predict' Eccleſia de Tyntagell, cum omnibus predictis Reventionibus & Emolumentis ad eandem Eccleſiam pertinent', & de eadem Eccleſia provenientibus, cum omnibus ſuis pertinen', & cum omnibus omnimodiſque Franchefiis, Privilegiis, Libertatibus, Quietantiis, Juribus & Conſuetudinibus ſupradict', que predict' Alicia ut predictum eſt tenet ad terminum vite ſue, & que ad eoſdem Willielmum Mountford, Willielmum Peyto, Johannem Verney, Johannem Naufau, Johannem Boville, Thomam Huggeford, & Robertum Stanſchawe, poſt mortem dicte Alicie remanſiſſent, integre & plenarie poſt mortem ejuſdem Alicie, Nobis, Heredibus & Aſſignatis noſtris remanere debuiſſent, prout in dict' ſcripto eorumdem Willielmi Mountford, Willielmi Peyto, Johannis Verney, Johannis Naufau, Johannis Boville, Thome Huggeford, & Roberti Stanſchawe plenius continebatur. Et Nos, dict' Undecimo die Aprilis, eodem Anno Viceſimo tertio, per alias Literas noſtras Patentes conceſſerimus, pro Nobis & Heredibus noſtris, quod predict' Domus, Manerium ſive Dominium de Grovebury, alias dict' Domus, Manerium ſive Dominium de Leghton Buſard, ac etiam omnia predicta alia Dominia, Terre, Tenementa, Redditus, Servitia, Portiones, Penſiones, Boſci, Molendina, Prata, Paſture, Aque, Vie, Semite & Piſcar', ſimul cum predict' Feod' Militum, & Advocationibus Eccleſiarum, ac aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum predictorum, necnon alie Poſſeſſiones quecumque ſupradicte, cum ſuis pertin', una cum Eccleſia predict' de Tyntagell, cum omnibus ſuis pertinen', & cum omnibus omnimodiſque Franchefiis, Privilegiis, Libertatibus, Quietantiis, Juribus & Conſuetudinibus ſupradict', que predict' Alicia ut predictum eſt tenet ad terminum vite ſue, & que ad Nos & Heredes noſtros, virtute Conceſſionis predictorum Willielmi Mountford, Willielmi Peyto, Johannis Verney, Johannis Naufau, Johannis Boville, Thome Huggeford, & Roberti Stanſchawe, in forma predicta fact', poſt mortem dicte Alicie remanere debuiſſent, immediate poſt mortem ejuſdem Alicie, prefat' Prepoſito & Collegio plene & integre remanerent. Habend' & Tenend', ſibi & Succeſſoribus ſuis, in augmentationem ſuſtentationis eorumdem, & in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, abſq; aliquo Nobis vel Heredibus noſtris reddendo, prout in eiſdem Literis plenius continetur. Et ſimiliter, eodem Undecimo die Aprilis, per alias Literas noſtras Patentes pardonaverimus, remiſerimus & relaxaverimus, tam Venerabili in Chriſto Patri Roberto London' Epiſcopo, & dilectis Nobis in Criſto Abbatibus de Sancto Albano & Weſtm', quibuſcumque nominibus cenſeantur, quam prefat' Prepoſito & Collegio, necnon aliis perſonis quibuſcumque, omnes & omnimod' Tranſgreſſiones, Offenſas, Meſpriſiones, Impetitiones & Contemptus, per ipſos ſeu eorum aliquos vel aliquem, aut Predeceſſores eorumdem Prepoſiti & Collegii, in ſeu pro proſecutione, receptione, acceptatione, lectione, publicatione, notificatione, ſeu quacumque executione aliquarum Literarum Bullatarum, ſeu aliarum Literarum quarumcumque Domini Summi Pontificis, ad uſum vel aliquod intereſſe Prepoſiti & Collegii predictorum, contra formam Statutorum de Proviſoribus ante hec tempora editorum, ante eundem Undecimum diem qualitercumque factos ſive perpetratos. Et inſuper, per eaſdem Literas noſtras conceſſerimus, & licentiam dederimus, pro Nobis & Heredibus noſtris, tam eiſdem Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, quam prefat' Epiſcopo & Abbatibus, & Succeſſoribus ſuis, necnon quibuſcumque aliis perſonis, ſeu cuicumq; alie perſone, quod ipſi omnes & omnimod' Literas Bullatas, & alias Literas quaſcumque, prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, juxta eorum ſeu Conſilii ſui diſcretiones neceſſarias & oportunas, ad uſum, commodum & intereſſe eorumdem Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, ab eodem Summo Pontifice, & Succeſſoribus ſuis proſequi, & eas percipere, acceptare, legere, publicare, notificare & excqui valerent, & quilibet eorum valeret, licite & impune, abſque occaſione, impetitione, perturbatione, moleſtatione, impedimento ſeu gravamine Noſtri, vel Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Viceçomitum, Coronatorum, aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum, vel Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum quorumcumq;. Nolentes, quod iidem Epiſcopus & Abbates, ſeu Succeſſores ſui, aut prefat' Prepoſitus & Collegium, ſeu Succeſſores ſui, ſeu alique alie perſone vel aliqua alia perſona, pro ſeu in proſecutione, receptione, acceptatione, lectione, publicatione, notificatione ſeu executione Literarum illarum, per Nos, vel Heredes ſeu Succeſſores noſtros, aut alios quoſcumque, occaſionarentur, impetirentur, moleſtarentur, impedirentur in aliquo ſeu gravarentur, aliquibus hujuſmodi Statutis de Proviſoribus, aut quibuſcumque aliis Statutis ſive Ordinationibus ante hec tempora ſuperinde editis ſive ordinatis, non obſtantibus, prout in eiſdem Literis plenius continetur. Et ſimiliter, Nono die Julii extunc prox' ſequent', per quandam Cartam noſtram conceſſerimus & confirmaverimus, prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, quod ipſi imperpetuum haberent Duas Ferias apud Eton' predict', in quodam Solo ſuo vocato Mychelmyldeſhey, & in aliis Locis infra Villam & Parochiam de Eton' predict', ubi per aſſignationem dictorum Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, melius videretur expedire, ſingulis annis, per Novem dies duratur', videlicet, per Tres dies prox' ſequent' diem Carniprivii, & Sex dies prox' ſequent' Tertium decimum diem Menſis Auguſti, cum omnibus Libertatibus & liberis conſuetudinibus, ad hujuſmodi Ferias pertinent' ſive ſpectant'; Niſi Ferie ille ſint ad nocumentum vicinarum Feriarum. Nolentes, quod aliqui Proviſores, Emptores, Captores, vel Miniſtri noſtri, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, Reginarum, Filiorum noſtrorum, aut Fil' Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum,

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

trorum, Procerum, Magnatum, aut aliorum quorumcumque, quicquam in Feriis illis, sive ad eas veniendo seu ab eisdem retornando, capiant quovis modo, vel aliquas prisas fac' in eisdem, contra voluntatem predictorum Prepositi & Collegii, & Successorum suorum, seu Hom' ad dictas Ferias confluentium, sub pena imprisonamenti Corporum suorum, quod per Ministros dictorum Prepositi & Collegii, & Successorum suorum, in Feriis illis statim pro hujusmodi Transgressionibus perpetratis fieri Volumus; in eorum prisonis moratur', quousque de hujusmodi Transgressionibus emendas fecerint competentes. Concesserimus etiam, prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, quod ipsi imperpetuum haberent cognitionem omnium & omnimodorum Placitorum, tam Transgressionum & Contractuum, quam aliorum quorumcumque, ad & infra Ferias predictas emergen', de omnibus & singulis ad easdem Ferias confluentibus, tenend' ibidem in Cur' ipsorum Prepositi & Collegii, & Successorum suorum, coram Senescallo vel Ballivis eorum, ad hoc per ipsos ordinand' & deputand': Ita quod nullus Justiciarius, Escaetor, Vicecomes, Senescallus, vel Marescall' Marescalcie nostre, Coronator, Clericus Mercati nostri, aut alius Ballivus seu Minister noster, Heredum seu Successorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque, dictas Ferias pro aliquo ad Officia sua pertinen' sive spectant' in eisdem agend' vel exequend', ullo modo ingrederetur, set essent omnes & singuli ad dictas Ferias confluent', in veniendo, ibidem morando, & abinde redeundo, liberi & quieti de omnimod' arestationibus & perturbationibus Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Senescallorum, Coronatorum, Clericorum, Ballivorum, & aliorum Ministrorum nostrorum, Heredum seu Successorum nostrorum predictorum, tam de & in Corporibus suis, quam de & in Bonis & Catallis suis, ad dictas Ferias adducend' & afferend', seu ab eisdem abducend' & asportand', prout in Carta predicta plenius continetur. Preterea, cum Dominus E. nuper Rex Anglie Primus post Conquestum, Progenitor noster, per Literas suas Patentes dat' apud Windesoram Decimo die Septembris, Anno Regni sui Nono, concessisset, pro se & Heredibus suis, tunc Burgensibus & probis Hominibus Ville predicte, eandem Villam. Habend', sibi & Heredibus vel Successoribus suis, ad firmam imperpetuum: Reddendo inde per annum ad Scaccarium suum, Decem & Septem Libras; unam videlicet medietatem, ad Scaccarium suum Pasche, & aliam medietatem, ad Scaccarium suum Sancti Michaelis; prout in Literis predictis plenius continetur. Ac, Septimo die Julii, Anno regni nostri Vicesimo primo, tunc Burgenses & probi Homines Ville sive Burgi de nova Wyndesore predict', per quandam Cartam suam, licentia nostra mediante, dedissent, concessissent, & eadem Carta nostra confirmassent, prefat' Preposito & Collegio, totas illas Aquas & Piscarias in Riva Thames', una cum Solo & Fundo earumdem Aquarum & Piscariarum, ac omni eo quod ad easdem ullo modo pertinet, quas iidem Burgenses & probi Homines habuerunt & tenuerunt, inter alia, sibi, & Heredibus vel Successoribus suis, pretextu Firme predicte, de dict' Villa sive Burgo, eis ut prefertur per predictum Dominum E. concess'. Habend' & Tenend', prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, absque aliquo inde Nobis vel Heredibus nostris, aut prefat' Burgensibus & probis Hominibus, & Heredibus seu Successoribus suis, quovis modo reddendo: Pontagio sive Passagio, supra & subtus Pontem dicte Ville sive Burgi, cum libera fixione maeremii ejusdem Pontis, temporibus fc̃ur' & reparationis ejusdem, assaia & assisa omnimodorum Victualium ex parte ejusdem Ville, & omnibus aliis Libertatibus sibi, Heredibus seu Successoribus suis per Nos conceff', in omnibus semper salvis & except', & eis specialiter & omnino reservat'. Preterea, iidem Burgenses & probi Homines, per eandem Cartam suam remisissent & relaxassent, & omnino de & pro ipsis, Heredibus seu Successoribus suis, imperpetuum quiet' clamassent, prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, totum Statum, Jus, Clameum, Titulum & Interesse sua, que habuerunt seu quovis modo habere potuerunt de & in predictis Aquis, Piscar', Solo, Fundo & aliis premissis, cum suis pertin', prout in Carta predicta plenius continetur. Ac Nos, Primo die Octobris, Anno regni nostri Vicesimo quarto, per alias Literas nostras Patentes donationem, concessionem, remissionem, relaxationem, & quiet' clamationem predict', necnon jus, statum & possessionem, que prefat' Prepositus & Collegium, & Successores sui, in dict' Aquis, Piscar', Solo & Fundo, cum pertin', hient, rat' hient' & grata, ea pro Nobis, Heredibus & Successoribus nostris acceptaverimus, approbaverimus, ratificaverimus & confirmaverimus, prout in eisdem Literis plenius continetur. Et cum Alianora Hull, & Edwardus Hull, habeant & percipiant ex concessione nostra per Literas nostras Patentes dat' Vicesimo die Februarii, Anno regni nostri Vicesimo, annuatim ad terminum vite eorum, & eorum alterius diutius viventis, Quinquaginta Marcas per manus Abbatis & Conventus Sancti Albani pro tempore existen', ad Terminos Sancti Michaelis, & Pasche, per equales portiones, prout in Literis predictis plenius continetur. Et que quidem Quinquaginta Marce annue, post decessum predictorum Alianore & Edwardi, ad Nos & Heredes nostros reverti debuissent. Ac Nos, Vicesimo quarto die Novembris ultimo preterito, per alias Literas nostras Patentes concesserimus, pro Nobis & Heredibus nostris, quod predicte Quinquaginta Marce annue, que ad Nos & Heredes nostros post mortem predictorum Alianore & Edwardi ut predictum est reverti debuissent, post decessum eorumdem Alianore & Edwardi remanerent prefat' Preposito & Collegio. Habend' & percipiend', sibi & Successoribus suis, per manus dict' Abbatis & Conventus Sancti Albani, & Successorum suorum, ad hujusmodi Terminos supradictos, in augmentationem sustentationis eorumdem Prepositi & Collegii, & Successorum suorum, & in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, prout in eisdem Literis plenius continetur. Et etiam cum Henricus Percy Comes Northumbr', & Alianora Uxor ejus, Henricus Percy Miles, & Thomas Percy Miles, Filii eorumdem Comitis & Alianore, per quendam finem in Curia nostra apud Westm', in Crastino Animarum ultimo preterito, coram Ricardo Neweton & Sociis suis Justiciariis nostris de Banco, Licentia nostra mediante, recognoverint, unam acram Terre cum pertin' in Petteworth, parcellam Manerii de Petteworth cum pertin' in Com' Suffex', ac Advocationem Ecclesie beate Marie de Petteworth, dictis Manerio & uni acr' Terre ut parcelle ejusdem Manerii pertinentem in Petteworth predict', esse jus dilectorum Nobis in Cristo Prepositi & Collegii nostri Regalis beate Marie de Eton' juxta Wyndesoram, ut illas quas iidem Prepositus & Collegium habuerunt de dono predictorum Comitis & Alianore, Henrici Percy Militis, & Thome. Habend' & Tenend', eisdem Preposito & Collegio, & Successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et preterea, iidem Comes & Alianora, Henricus Percy Miles, & Thomas, concesserint, pro se & Heredibus ipsius Alianore, quod ipsi warantizabunt, predict' Preposito & Collegio, & Successoribus suis predictis, Terram cum pertinen', & Advocationem predictam, contra omnes Homines imperpetuum, prout in Recognitione & Fine predict' plenius liquet de Record'. Et Nos, dicto Vicesimo quarto die Novembris, per alias Literas nostras Patentes, omnia & singula in Recognitione & Fine illis content' rat' habent' & grat', ea pro Nobis, Heredibus & Successoribus nostris, approbaverimus, ratificaverimus, & tenore earumdem Literarum confirmaverimus, prout in eisdem Literis plenius continetur. Et similiter, Primo die Februarii ultimo preterito, per alias Literas nostras Patentes concesserimus,

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

mus, eisdem Preposito & Collegio, quandam Insulam vocat' le Eyte sive le Heyte in Eton' predict' in Comitatu Buk', jacentem inter Aquam Thames' ex parte Australi, & Collegium predict' ex parte Boriali, que quidem Insula abuttat ad Finem Orientalem super Filum Aque predicte, & ad Finem Occidentalem super quoddam Croftum vocat' Millecroft, quondam Hundercombescroft. Habend' & Tenend' Insulam predictam, cum pertinen' suis, prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, in augmentationem situs Collegii predicti, & in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, absque aliquo Nobis vel Heredibus seu Successoribus nostris inde reddendo, prout in eisdem Literis plenius continetur. Preterea, eodem die, per alias Literas nostras Patentes concesserimus, prefat' Preposito & Collegio, Tres Campos insimul jacent', cum Cunicular' vocat' Hullefeld', Shepcotefeld', and the Lee, ac alium Campum vocat' Denefeld', simul cum uno Gardino vocat' Colverhousegardeyn, ac etiam quandam Petiam Terre arrabilis jacent' in quodam Campo vocat' Prioresslymore, ac quoddam Clausum vocat' Leycroft, unum Pratum vocat' Corneweylysslitilmede, ac unam Virgatam Terre jacent' in prato vocat' Bossemede, & quoddam Virgultum vocat' Hullebusshes, in Villa & Campis de Huchenden juxta Wycombe in Comitatu Buk', que & quas Bernardus Saunderden quondam habuit in Villa & Campis de Huchenden' predict', vocat' Cornewalesslondes; & que Campos, Cuniculare, Gardinum, Peciam Terre, Clausum, Prat', Virgultum, Boscos, Pascua & Pasturas supradict', cum Commoditatibus suis, nuper habuimus, ex dono & concessione Johannis Colsulle de Huchenden' predict'. Habend' & Tenend' omnia predicta Campos, Cuniculare, Gardinum, Peciam Terre, Clausum, Pratum, Virgultum, Boscos, Pascua & Pasturas, cum Commoditat' suis predict', prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, in augmentationem sustentationis eorumdem, & in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, absque aliquo Nobis vel Heredibus nostris inde reddendo, * pro in eisdem Literis plenius continetur. Et cum dilecti Nobis in Christo Prior Ecclesie beate Marie de Merton, & ejusdem Loci Conventus, per quandam Cartam suam indentatam, cujus dat' est Octavo die Junii, Anno regni nostri Vicesimo Primo, licentia nostra mediante, dederint & concesserint, & eadem Carta sua confirmaverint, dilectis Nobis in Christo Preposito & Collegio Regali beate Marie de Eton' juxta Wyndesoram, quendam Gurgitem situat' in & super Rivam Thames', infra parochiam de Upton' in Comitatu Buk', ab antiquo vocat' Bullokesslok, cum tota Piscaria & Aquis in dicta Riva eisdem gurgiti pertinen' sive spectant', videlicet, ab Orientali Angulo Terre sive Clausi nostri vocat' le Werde ex parte Occidentali, usque Piscariam in eadem Riva vocat' Cokkesshole ex parte Orientali, & cum Quatuor Heytes & omnibus aliis pertinen' suis: ac omnia illa Terras, Tenementa, Prat', Pascuas & Pasturas, cum torrentibus & omnibus suis pertinen', vocat' Michilmyl, Wardesshey Millepond alias Milledam, Cowepennyng', insimul incluf' & jacent' juxta Eton' in Comitatu predicto, videlicet, inter dictam Rivam Thames' ex parte Orientali, & altam viam que ducit de nova Wyndesore usque le Slough inter dictam Terram nostram vocat' le Werde ex parte Australi, & Viam que ducit de Spitilbrigge versus Daget ex parte Boriali, & extendunt se per Ripam dicte Rive Thames', a dict' Terra vocat' le Werde, per Quadraginta Pedes ultra dictum Solum vocat' Cowepennyng' ex parte Occidentali; que quidem Gurgitem, Piscarias, Aquas, Terras, Tenementa, Prata, Pascuas & Pasturas, cum suis pertinen', prefat' Prior & Conventus tenuerunt sibi & Successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam Elemosinam. Habend' & Tenend', prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis imperpetuum. Ac postmodum predict' Prior & Conventus, per quoddam scriptum suum indentat', cujus dat' est Octavo die Februarii, Anno regni nostri Vicesimo secundo, similiter dederint, concesserint, & * eidem scripto suo pro se & Successoribus suis confirmaverint, prefat' Preposito & Collegio, omnimod' Decimas Predsiales, que eisdem Priori & Conventui, jure sive titulo ejusdem Ville Parochialis de Upton' predict', pertinuerunt seu pertinere possent quovis modo, de Gurgite, Piscar', Aquis, Terris, Tenementis, Pratis, Pascuis & Pasturis predict', cum suis pertin'. Habend' & Tenend', prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, prout in eodem scripto inde similiter confect' plenius continetur. Et similiter, iidem Prepositus & Collegium, Licentia nostra mediante, concesserint, & dict' Carta nostra confirmaverint, prefat' Priori & Conventui, Centum Solidos annuos, quos Abbas de Redyng & Successores sui, de annua Firma, pro Terris & Tenementis in Esthenryth, eisdem Preposito & Collegio, & Successoribus suis, reddere tenebantur. Et quos quidem Centum Solidos, iidem Prepositus & Collegium habuerunt ex concessione nostra eis inde fact'. Habend' & percipiend', prefat' Priori & Conventui, & Successoribus suis imperpetuum, prout in eadem Carta similiter plenius continetur. Nos autem Donationem, Concessionem & Confirmationem predictorum Prioris & Conventus, de Gurgite, Aquis, Piscar', Terr', Ten', Prat', Pascuis, Pasturis & Decimis predictis, cum pertin', prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis factas, rat' habent' & grat', eas pro Nobis, Heredibus & Successoribus nostris, de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, ac Communitatis Regni nostri Anglie, in presenti Parliamento nostro existent', auctoritate ejusdem Parliamenti acceptamus, approbamus, ratificamus, & tenore presentium confirmamus, & Gurgitem, Piscar', Aquas, Terr', Ten', Prata, Pascuas, Pasturas & Decimas illa, cum pertinen', eisdem Preposito & Collegio, & Successoribus suis, eadem auctoritate damus & concedimus per presentes. Et similiter, Donationem, Concessionem & Confirmationem predictorum Prepositi & Collegii, de dict' Centum Solidis annuis, prefat' Priori & Conventui, & Successoribus suis fact', rat' habent' & grat', eas, de avisamento, assensu & auctoritate illis, acceptamus, approbamus, ratificamus, & tenore presentium confirmamus. Et eosdem Centum Solidos annuos, prefat' Priori & Conventui, & Successoribus suis, eadem auctoritate damus & concedimus per presentes. Et ulterius, tam omnes & singulas alias predictas Donationes, Concessiones, Acceptationes, Approbationes, Ratificationes, Confirmationes, Relaxationes, quiet' Clamationes & Perquisitiones predict', de dict' Prioratibus, Domibus, Dominiis, Maneriis, Terris, Tenementis, Portionibus, Pensionibus, Reversionibus, Annuis Firmis, Redditibus, Feod' Firmis, Apportubus & Possessionibus Alienigen', & ceteris premissis, per Nos seu alios quoscumque, prefat' nunc Preposito & Collegio, & Successoribus suis, seu alicui Predecessorum suorum fact', quam omnia & singula predicta Privilegia, Libertates, Franchesias, Quietanc', Licentias, Immunitates, & cetera premissa, eisdem Preposito & Collegio, & Successoribus suis, per Nos concessa, rat' habent' & grat', ea, de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, ac Communitatis Regni nostri Anglie, in presenti Parliamento nostro existent', auctoritate ejusdem Parliamenti acceptamus, approbamus, ratificamus, & tenore presentium confirmamus, & ea omnia & singula eadem auctoritate predict' Preposito & Collegio, & eorum Successoribus, damus & concedimus per presentes. Habend', tenend', excercend' & exequend' ea omnia & singula & eorum quodlibet, plene, libere & quiete, in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum; absque impetitione, impedimento, perturbatione, molestatione seu gravamine Nostri, vel Heredum nostrorum, Successorum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, aut aliorum Officiariorum vel Ministrorum nostrorum, Heredum, seu

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

(m. 19.)

* Sic Orig.

* Sic Orig.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

seu Succeſſorum noſtrorum, aut aliorum quorumcumque. Et Nos ulterius, ut predict' Collegium noſtrum poſſit onera eidem incumbentia melius ſupportare, de mera liberalitate noſtra, & ex certa ſcientia & mero motu noſtris, de gratia noſtra ſpeciali, & de aviſamento & aſſenſu predictorum Dominorum Spiritualium & Temporalium, ac Communitatis Regni noſtri predicti, in dict' preſenti Parliamento noſtro exiſtent', auctoritate ejuſdem Parliamenti noſtri, conceſſimus prefat' nunc Prepoſito & Collegio, Viginti & ſex Libras, Treſdecim Solidos, & Quatuor Denarios per annum, quos Prior de Ferlegh, alias dict' Farle, reddere ſolebat Monialibus de Mortigmato, alias dict' Mortigamato, pro Firma & Penſ' Maneriorum de Welby, Welleby & Navenby, in Com' Lincoln'; Slaghteneford & Alynton, in Comitatu Wilteſ'; ac Undecim Libras, Sex Solidos, & Octo Denarios de eiſdem Firma & Penſ', ultra dictos Viginti & ſex Libras, Treſdecim Solidos, & Quatuor Denarios, quos idem Prior prefat' Monialibus ſimiliter reddere ſolebat. Habend', Tenend' & Percipiend', prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, in augmentationem ſuſtentationis eorumdem, & in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et etiam, de eiſdem aſſenſu & auctoritate, damus & concedimus prefat' nunc Prepoſito & Collegio Hoſpitali beati Petri juxta Wyndeſoram. Habend' ſibi & Succeſſoribus ſuis, cum ſuis Juribus & pertinen' quibuſcumque, immediate poſt mortem Willielmi Normanton Clerici, qui illud ex conceſſione noſtris habet ad terminum vite ſue. Et ſimiliter conceſſimus, eiſdem aſſenſu & auctoritate, prefat' Prepoſito & Collegio, Manerium vocat' le Mote, ac omnia illa Terras & Tenementa, Redditus, Reverſiones & Servitia, ſimul cum Boſcis, Pratis, Paſcuis, Paſturis, & omnibus aliis ſuis pertin', que nuper perquiſivimus, ex dono & conceſſione Willielmi Marchionis Suff', Johannis Noreys, Willielmi Parkyns, Ricardi Verney & Johannis Pury, Armigerorum, in Nova Wyndeſore, Veteri Wyndeſore, & Clewer, in Comitatu Berk. Habend' & Tenend' predict' Manerium, ac omnia predicta Terras & Tenementa, Redditus, Reverſiones & Servitia, cum ſuis pertin', prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, abſque aliquo Nobis vel Heredibus ſeu Succeſſoribus noſtris inde reddendo. Necnon ſimiliter, eadem auctoritate, conceſſimus eiſdem Prepoſito & Collegio, Prioratum de Stratfeld Mortimer, cum pertin', in Comitatu Sutht', Alienigen'. Prioratum ſive Manerium de Hullavyngton, cum pertinen', in Comitatu Wilteſ', Alienigen'. Omnia Terras, Tenementa, Redditus & Servitia, cum pertinen', in Beartonſtacy, in Comitatu Sutht'; dudum parcell' Prioratui ſive Manerio de Clatford, in dicto Comitatu Wilteſ', Alienigen'. Omnia Terras, Tenementa, Redditus, Servitia & Poſſeſſiones, cum pertinen', in Middilton, in eodem Comitatu; dudum parcella & pertinen' Prioratui de Brymmesfeld, in Comitatu Glouc', Alienigen': & omnia Terras & Tenementa, Redditus, Servitia, Penſiones & Poſſeſſiones, cum pertinen', in Comitatu Sutht', nuper parcell' & pertinen' Prioratui de Stratfeldſay, in Comitatu Berk', Alienigen'. Habend' & Tenend' Prioratus, Maneria, Terras, Tenementa, Redditus, Servitia, Penſiones & Poſſeſſiones predict', ſimul cum omnibus & ſingulis Advocationibus Eccleſiarum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, dict' Prioratubus, Maneriis & Poſſeſſionibus pertinen' ſive ſpectant', Feod' Militum, & aliis pertinen' ſuis quibuſcumque, prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, in augmentationem ſuſtentationis eorumdem, & in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, abſque aliquo inde Nobis vel Heredibus noſtris reddendo; Statuto de Terris & Tenementis ad manum mortuam non ponend' edit', aut eo quod expreſſa mentio de vero valore premiſſorum aut eorum alicujus, vel de aliis Donis ſive Conceſſionibus, prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, ſeu alicui Predeceſſorum ſuorum, & eorum *Succeſſores, ante hec tempora fact', juxta formam Statut' inde editorum in preſentibus minime fact' exiſtit, non obſtant'. Et Nos vero & Heredes noſtri, omnia & ſingula Prioratus, Domus, Dominia, Maneria, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Penſiones, Feod' Firmas, Apport' & alias Poſſeſſiones ſupradict', cum ſuis pertin', per Nos prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, ut prefertur conceſſa, eiſdem Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, auctoritate dicti preſent' Parliamenti noſtri, warantizabimus & imperpetuum defendemus. Et ſi contingat predict' Prioratus, Domus, Dominia, Maneria, Terras, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Penſiones, Portiones, Feod' Firmas, Apport' & Poſſeſſiones, ſeu aliquam parcellam eorumdem, a prefat' Prepoſito & Collegio, ſeu Succeſſoribus ſuis, quovis modo impoſterum evinci, ſeu ipſos ab eiſdem expelli, tunc Nos & Heredes noſtri, immediate poſt hujuſmodi evictionem vel expulſionem habit', prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, alia Terras & Tenementa, Redditus & Poſſeſſiones ejuſdem valoris annui, prout Prioratus, Domus, Dominia, Maneria, Terre, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Portiones, Penſiones, Feod' Firme, Apport' & Poſſeſſiones ſic evinci vel ipſos inde expelli contingen' exiſtunt, concedemus. Habend', Tenend' & Gaudend', eiſdem Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, in puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum. Et pro majori ſecuritate ipſorum Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, in hac parte, volumus & auctoritate predict' preſentis Parliamenti noſtri concedimus, pro Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, quod prefat' Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui, habeant talem & tantam Pecunie ſummam annuam, qualem & quantam hujuſmodi Prioratus, Domus, Dominia, Maneria, Terre, Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Penſiones, Portiones, Feod' Firme, Apport' & Poſſeſſiones, ab eis ut prefertur evinci vel ipſos inde expelli contingen', annuatim valeant, percipiend' ſibi & Succeſſoribus ſuis, ad Scaccarium noſtrum, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, per manus Theſ' & Camerar' Noſtri, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, ibidem pro tempore exiſten', a die hujuſmodi evictionis vel expulſionis, quouſque iidem Prepoſitus & Collegium, ſeu Succeſſores ſui, alia Terras & Tenementa, Redditus & Poſſeſſiones, ejuſdem annui valoris, ex conceſſione noſtra vel Heredum noſtrorum in forma predict' habuerint. Et quod iidem Theſ' & Camerar', qui pro tempore fuerint, habeant plenar' auctoritatem & poteſtatem ſolvend' hujuſmodi annuam ſummam prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, in forma predict', abſque aliquo alio Waranto ſeu Mandato Noſtri, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, in hac parte ſibi dirigend' ſeu deliberand'. Et Nos uberiorem gratiam prefat' nunc Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, fieri volentes, ad laudem & Honorem Dei, & glorioſe Virginis Marie Genitricis ſue, ne Bona & Catalla Collegii predict', ſeu Firmariorum, Hominum vel Tenentium ſuorum, integre Tenentium & non integre Tenentium, Reſidentium & non Reſidentium, & aliorum Reſidentium quorumcumque, tam de & in Terris & Tenementis, quam de & in Feod' & Poſſeſſionibus, eiſdem Prepoſito & Collegio tam adnunc collat', quam exnunc eis & Succeſſoribus ſuis per Nos vel alios quoſcumque ullo modo conferend', per Proviſores, Emptores ſeu Captores Victualium, aut aliarum rerum pro Hoſpitio, uſu, opere vel aliquo Intereſſe Noſtri, Heredum vel Succeſſorum noſtrorum, aut per Proviſores, Emptores ſeu Captores Victualium, aut aliarum rerum pro Hoſpitio, uſu, vel opere Regine Conſortis noſtre, ſive pro Hoſpitio Reginarum, aut pro Hoſpitiis aliquorum Filiorum noſtrorum, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, vel aliquorum Magnatum Regni noſtri Anglie, vel aliunde, ſive aliarum quarumcumque perſonarum, cujuſcumque preeminentie, ſtatus ſeu conditionis

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

* Sic Orig.

* Sic Orig.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

fuerint, capiantur seu dissipentur, dict' * Preposito & Collegium, ac Firmar', Homines & Tenentes suos, integre Tenentes & non integre Tenentes, Residentes & non Residentes, & alios Residentes predict', necnon eorum Terras, Tenementa, Feod' & Possessiones supradict', eisdem Preposito & Collegio jam collat', & imposterum eis vel Successoribus suis conferend', dand' vel assignand', ac Bona & Catalla Collegii illius, necnon omnium Firmariorum, Hominum & Tenentium suorum, integre Tenentium & non integre Tenentium, Residentium & non Residentium, & aliorum Residentium predict', ubicumque infra dict' Regnum nostrum Anglie existen', in nostram protectionem, auctoritate presentis Parliamenti nostri, suscepimus specialem; Volentes & Concedentes eadem auctoritate, q̃d de Bladis, Fenis, Equis, Bobus, Vaccis, Ovibus, Agnell', Porcell', Pulletr', aut aliis Victualibus quibuscumque, Carect', Bigis, Navibus, Batellis, Cariag', aut aliis Bonis, Catallis seu Rebus, ipsius Collegii, seu predict' * Preposito & Collegio, vel Successorum suorum, seu Firmariorum, Hominum & Tenentium suorum, integre Tenentium & non integre Tenentium, Residentium & non Residentium, & aliorum Residentium predictorum, per Provisores, Emptores seu Captores hujusmodi, aut alios Ministros seu Ballivos nostros, Heredum vel Successorum nostrorum, aut Regine Consortis nostre, seu Reginarum Heredum vel Successorum nostrorum, sive Filiorum Nostri, Heredum vel Successorum nostrorum, seu aliquorum Magnatum vel Personarum predict', contra voluntatem eorumdem Prepositi & Collegii, seu Successorum suorum, aut Firmariorum, Hominum seu Tenentium suorum, integre Tenentium & non integre Tenentium, Residentium & non Residentium, & aliorum Residentium predictorum, seu alicujus eorumdem, quicquam minime capiatur, abducatur, vel aliqualiter asportetur. Et volumus, ac de avisamento, assensu & auctoritate illis, concedimus prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, quod si hujusmodi Provisores, Emptores seu Captores, seu eorum aliquis, infra dict' Terras, Tenementa, Feod' & Possessiones ipsorum Prepositi & Collegii, seu Successorum suorum, aut Firmariorum, Hominum vel Tenentium suorum, integre Tenentium & non integre Tenentium, Residentium & non Residentium, & aliorum Residentium predictorum, aut alibi infra quecumque Loca seu Locum quemcumque, infra dictum Regnum nostrum Anglie, tam infra Libertates quam extra, ad aliquas providentias seu provis' hujusmodi faciend', de Bonis & Catallis ipsorum Prepositi & Collegii, vel Successorum suorum, aut Firmariorum, Hominum vel Tenentium suorum, integre Tenentium & non integre Tenentium, Residentium & non Residentium, & aliorum Residentium predictorum, vel eorum alicujus, a quo vel a quibus hujusmodi Victualia, Res seu cetera premissa, aut eorum aliqua parcella, sic capt', abduct' vel asportat' fuerint vel fuerit, puniantur & puniatur. Et quod Processus in hac parte fiat versus ipsos Provisores, Emptores & Captores, & eorum quemlibet, per Breve de Transgr' vi & armis fact'. Proviso semper, quod post primum Breve de Cap' retorn', si iidem Provisores, Emptores & Captores, non comparuerint vel eorum aliquis comparuerit in hujusmodi Sectis, statim in exigend' ponantur vel ponatur; & sic pro non aparen' suis utlagentur vel utlagetur. Et quod Litere nostre, Heredum seu Successorum nostrorum, Patentes de protectione, cum clausula Volumus, aut cum clausula Nolumus, hujusmodi Emptoribus, Provisoribus seu Captoribus, aut eorum alicui, in hujusmodi sect' vel actionibus minime valeant, nec allocentur quovis modo, nec aliquod auxilium a Nobis, Heredibus seu Successoribus nostris, aut esson' de Servitio nostro, Heredum seu Successorum nostrorum, in hac parte habeant, gaudeant seu optineant, licet hujusmodi Litere sibi per Nos, Heredes seu Successores nostros, concesse & facte fuerint, aut auxilium sive esson' a Nobis, Heredibus seu Successoribus nostris, per ipsos calumpnietur, petatur seu impetretur. Et si hujusmodi Provisores, Emptores & Captores, vel eorum aliquis, ad hujusmodi sectam & prosecutionem predictorum Prepositi & Collegii, seu Successorum suorum, aut Firmariorum, Hominum seu Tenentium suorum, integre Tenentium & non integre Tenentium, Residentium & non Residentium, & aliorum Residentium supradict', vel alicujus eorumdem, debite convicti fuerint vel convictus fuerit, tunc reddant iidem Provisores, Emptores & Captores, & eorum quilibet reddat, parti gravate Dampna sua in Triplo. Et etiam, de eisdem avisamento, assensu & auctoritate, concessimus prefat' Preposito & Collegio, quod ipsi & Successores sui, ac Firmarii, Homines & Tenentes sui, integre Tenentes & non integre Tenentes, Residentes & non Residentes, ac alii Residentes predict' quicumque, habeant & teneant omnia & singula Domos, Mansiones & Edificia sua, que infra dictum Regnum nostrum Anglie nunc habent & exnunc eos habere contigerit, quiet' de liberatione & hospitatione Senescallorum, Marescallorum, Hospitatorum, & aliorum Ministrorum, tam Nostri, Heredum seu Successorum nostrorum, quam Regine Consortis nostre, aut Reginarum, vel aliquorum Filiorum nostrorum, Heredum seu Successorum nostrorum, necnon Marescallorum, Provisorum & Ministrorum Magnatum Regni nostri Anglie, aut aliunde, & aliorum quorumcumque, cujuscumque gradus, status seu conditionis fuerint. Ita quod Senescalli & Marescalli, aut alii Ministri nostri, Heredum seu Successorum nostrorum, Regine Consortis nostre, aut Reginarum, vel aliquorum Filiorum nostrorum, Heredum seu Successorum nostrorum, vel hujusmodi Magnatum, aut aliorum quorumcumque, in eisdem alicubi Hospitationem seu liberationem aliquam, ad opus nostrum, seu alicujus eorumdem, non faciant, contra voluntatem dictorum Prepositi & Collegii, & Successorum suorum, seu Firmariorum, Hominum aut Tenentium suorum, integre Tenentium & non integre Tenentium, Residentium & non Residentium, & aliorum Residentium predictorum, vel eorum alicujus. Et quod nullus Dux, Marchio, Comes, Baro seu Magnas dicti Regni nostri, aut aliunde, nec Senescalli, Marescalli seu Escaetores, Vicecomites, Coronatores, aut alii Ballivi seu Ministri nostri, Heredum seu Successorum nostrorum, seu Ballivi & Ministri eorumdem Escaetorum, Vicecomitum, Coronatorum, aut aliorum quorumcumque, vel quivis alius, cujuscumq; status vel conditionis fuerit, contra voluntatem & assensum eorumdem Prepositi & Collegii, & Successorum suorum, seu Firmariorum, Hominum & Tenentium suorum, integre Tenentium & non integre Tenentium, Residentium & non Residentium, & aliorum Residentium predictorum, aut alicujus eorumdem, colore aliquo, in dictis Domibus, Mansionibus & Edificiis hospitetur vel hospitentur, moretur vel morentur. Concessimus insuper, auctoritate ejusdem presentis Parliamenti nostri,

* Sic Orig.

A. D. 1444 23 Hen. VI.

noſtri, prefat' Prepoſito & Collegio, quod ipſi & Succeſſores ſui imperpetuum ſint quiet', de omnimod' Auxiliis, Subſidiis, Contributionibus, Tallagiis & Quotis quibuſcumque, que ab ipſis ratione Dominiorum, Terrarum, Tenementorum, Reddituum, Feod' & Poſſeſſionum ſuorum, aut Bonorum & Catallorum ſuorum, que dict' Prepoſit' & Collegium jam habent, & ipſi & Succeſſores ſui extunc ſunt habituri, per Nos, Heredes ſeu Succeſſores noſtros, aut Ballivos ſeu Miniſtros noſtros, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum quoſcumque, ad opus noſtrum, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, exigi deberent, ſeu poſſent in futur', ſi predicta Conceſſio eis fact' minime extitiſſet. Et quod, quandocumque Clerus Regni noſtri Anglie, aut Cantuar' Provincie per ſe, vel Eborum Provincie per ſe, Decimam ſeu partem Decime, aut aliam Quotam quamcumque, de Bonis & Poſſeſſionibus ſuis Eccleſiaſticis, Spiritualibus & Temporalibus, vel Temporalibus Spiritualibus ſuis annexis conceſſerit, vel Communitates Com' dicti Regni noſtri, aut Cives ſeu Burgenſes Civitatum & Burgorum dict' Com' ipſius Regni, Decimam, Quintamdecimam, ſeu aliam Quotam quamcumque, de Bonis ſuis Temporalibus ſeu mobilibus, aut de Terris, Tenementis ſeu Redditibus ſuis, aut de perſonis ſuis, Nobis, Heredibus ſeu Succeſſoribus noſtris, qualitercumque conceſſerint, ſeu Nos vel Heredes aut Succeſſores noſtri, Dominia noſtra per Angliam fecerimus talliari, aut Dominus Summus Pontifex qui pro tempore fuerit, Decimam ſeu Quotam aliam Clero Regni noſtri predicti, aut Cantuarien' vel Eborum Provinciarum predict' impoſuerit, & eam vel aliquam partem ejuſdem, Nobis, Heredibus aut Succeſſoribus noſtris, conceſſerit: predict' Dominia, Terre, Tenementa, Reditus, Feod' & Poſſeſſiones, ac dict' Bona & Catalla predict' Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, necnon quecumque Bona & Catalla Firmariorum, Hominum & Tenentium ſuorum, infra eadem Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones ipſorum Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, exiſten' ſeu exiſtere contingentia; ac etiam perſone tam eorumdem Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, quam Firmariorum, Hominum & Tenentium ſuorum predictorum, ad opus noſtrum, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, non taxentur, nec aliquid de Decimis, Quintiſdecimis, aut aliis Quotis ſeu Tallagiis predict', quoquo modo ad opus noſtrum, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, levetur; nec iidem Prepoſitus & Collegium, nec eorum Succeſſores, in Terris, Tenementis ſeu Bonis ſuis predict', nec Firmarii, Homines ſeu Tenentes ſui predicti, hiis occaſionibus diſtringerentur, moleſtarentur in aliquo ſeu gravarentur; ſet de omnimodis Decimis & Quintiſdecimis, ac aliis Tallagiis, Quotis ſive Taxis quibuſcumque hujuſmodi, Nobis ante hec tempora conceſſis, aut Nobis vel Heredibus ſeu Succeſſoribus noſtris exnunc concedend', ſint quiet' & exonerat' imperpetuum, licet ipſi Prepoſitus & Collegium, ſeu eorum Succeſſores, aut dict' Firmarii, Homines & Tenentes ſui predicti, ſeu eorum Hered' & Succeſſores, aut eorum aliquis, hujuſmodi Conceſſionibus ſint partes, agentes, conſentientes vel concedentes. Et licet hujuſmodi conceſſio ſive conceſſiones ſint vel fuerint, aut ſit vel fuerit, facta vel facte, ſub iſtis verbis & terminis, de Locis exempt' & non exempt', ſive de Locis exempt' non except', quibuſcumque modo, forma, ſeu aliis verbis ſive terminis, conſimilis vigoris ſeu effectus, hujuſmodi Conceſſiones ſive Conceſſio facte fuerint vel fact' fuerit, non obſtant'. Et ulterius conceſſimus, de aviſamento, (m. 18.) aſſenſu & auctoritate dicti preſentis Parliamenti noſtri, prefat' nunc Prepoſito & Collegio, quod ipſi & Succeſſores ſui habeant & teneant, omnia Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones ſua, eis jam collat', & de cetero per Nos conferend', tam in Boſco quam in Plano, tam de Feod' noſtris quam alien', deafforeſtat' & extra poteſtatem omnium Juſticiariorum, Seneſcallorum, Cuſtodum, Foreſtariorum, Viridariorum, Regardat', Ballivorum & aliorum Officiariorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum, Heredum vel Succeſſorum noſtrorum, Foreſtarum ſive Chacearum noſtrarum, Heredum vel Succeſſorum noſtrorum quarumcumque. Et quod predict' Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui, & eorum Miniſtri, nec non Tenentes ſui Reſidentes infra Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones ipſorum Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, coram quibuſcumque Juſtic', aut Cuſtod' Foreſtarum noſtrarum, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, ſive Chacearum aliorum quorumcumque, Foreſtariis, Viridariis, Seneſcallis & Regardatoribus, aut aliis Miniſtris noſtris, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, Foreſtarum ſive Chacearum quarumcumque, vel eorum aliquo, pro aliquibus infra predict' Dominia, Terra, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones fact' vel fiend', venire ſeu comparere nullo modo compellantur. Nec quod ipſi, nec Succeſſores ſui, Miniſtri, Tenentes & Reſidentes ſui predicti, in aliquibus Jur' ſive Inquiſitionibus, coram hujuſmodi Juſtic', Cuſtod', Foreſtariis, Seneſcallis, Regardatoribus, aut aliis Miniſtris Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, Foreſt' ſive Chacearum predict' capiend', aut ſummonitionibus quibuſcumque ponantur, nec eorum aliquis ponatur, nec ea occaſione perturbentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur, nec eorum aliquis moleſtetur, perturbetur in aliquo ſeu gravetur, nec ea de cauſa dampnuum aliquod ſeu perditionem quovis modo incurrant neq; incurrat, ſet quod ipſi & eorum quilibet inde totaliter ſint * onerati & quieti, exoneratus & quietus imperpetuum. Et quod ipſi & Succeſſores ſui, & Miniſtri & Tenentes & Reſidentes predict', erga Nos, Heredes & Succeſſores noſtros, exonerati ſint imperpetuum & quiet' de Chiminagio, expeditatione Canum, & de ſuſtentatione & putura Foreſtariorum, & aliorum Miniſtrorum noſtrorum, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, Foreſtarum noſtrarum ſive Chacearum quarumcumque, ac de uſu & miniſterio, necnon de omnibus aliis oneribus, Feod' & Curialitatibus, gallinis, ovis, & aliis que ad Foreſtas ſive Chaceas, Foreſtarios, Viridarios, & eorum Miniſtros, aliquo modo pertinent ſeu ipſos pertinere clamant quovis modo; & que hujuſmodi Foreſtarii ſeu alii Miniſtri Foreſtarum noſtrarum ſive Chacearum quarumcumque, ante hec tempora exigere vel vendicare potuerunt ſeu conſueverunt, aut impoſterum poterunt ullo modo. Et quod prefat' nunc Prepoſit' & Collegium, & Succeſſores ſui, Homines & Tenentes ſui, ac Reſidentes quicumque infra Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones, que iidem nunc Prepoſitus & Collegium jam habent, ſeu ipſi & Succeſſores ſui de cetero ſunt habituri, ad intendend' ſive obediend' aliquibus Preceptis ſive Mandatis Admiralli Anglie, ſeu aliquorum Officiariorum ſeu Miniſtrorum ſuorum, ſeu coram eis aliqualiter comparere, pro aliquibus Officium ſuum tangentibus, aut Officio ſuo pertinen' ſive ſpectant', in aliquo loco non teneantur; ſet inde ſint omino quiet' & exonerat' imperpetuum. Ita quod Admirallus noſter, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, pro tempore exiſtens, aut aliquis Officiariorum ſeu Miniſtrorum ſuorum, Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones, predict' Prepoſito & Collegio jam collat', ſeu ipſis & Succeſſoribus ſuis exnunc conferend', aut aliquam parcellam eorumdem, *de aliqua Plit' ibidem tenend', aut quicquid aliud quod ad Officium ſue Admirallitatis pertinet ſeu pertinere poterit in futur' faciend', nullatenus ingrediatur; ſet habeant & teneant prefat' nunc *Prepoſito & Collegio, & Succeſſores ſui, omnia & omnimoda hujuſmodi plit', ac alia quecumque *quo ad Officium & Cur' Admirallitatis qualitercumque pertinent ſive ſpectant, de omnibus & ſingulis Cauſis, Querelis, Actionibus & Demandis, dict' nunc Prepoſit' & Collegium, & Succeſſores ſuos, Terras, Tenementa, & Feod' & Poſſeſſiones ſua, Homines & Tenentes ſuos, vel Reſi-

* Sic Orig.

dentes

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

dentes predict', tangentia emergentibus; & ea adeo plenar' in eorum Cur', per Seneſcallos & Ballivos ſuos, una cum Finibus, Amerciamentis, Exitibus & aliis Proficuis quibuſcumque inde provenientibus ſive emergentibus, habeant, percipiant & exequantur, prout Admiralli noſtri, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, & Miniſtri ſui, haberent, perciperent & exequerentur, ſi preſens conceſſio noſtra inde prefat' Prepoſito & Collegio per Nos fact' non fuiſſet. Et ſimiliter, de eiſdem aſſenſu & auctoritate, conceſſimus pro Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, prefat' nunc Prepoſito & Collegio, quod ipſi & Succeſſores ſui imperpetuum habeant, omnimod' Deodand', necnon Wreccum Maris, & omnia que ad hujuſmodi Wreccum & Deodand' pertinent, in omnibus Dominiis, Terris, Tenementis, Feodis & Poſſeſſionibus ſuis ſibi jam collat', & de cetero conferend', ubicumque fuerint. Et quod hujuſmodi Wreccum & Deodand', ſint imperpetuum ipſorum Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum. Et quod bene liceat eis, de hujuſmodi Wrecco & Deodand', in omnibus Dominiis, Terris, Tenementis, Feod' & Poſſeſſionibus ſuis predict', quotiens & quando acciderint, per ſe vel per eorum Ballivos & Miniſtros ponere ſe in ſeiſinam & poſſeſſionem, ſine impedimento vel occaſione Noſtri, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, ſeu aliquorum Miniſtrorum noſtrorum, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum; ac ſine impedimento vel occaſione Elemoſinarii noſtri, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, aut Admirall' Anglie predicti, aut aliorum Miniſtrorum ſuorum quorumcumq;. Conceſſimus etiam, de aſſenſu & aviſamento illis eademque auctoritate, eiſdem Prepoſito & Collegio, quod nec ipſi nec Succeſſores ſui, Homines & Tenentes ſui, aut alii Reſidentes infra Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones, eiſdem Prepoſito & Collegio jam collat', aut eis & eorum * Succeſſores de cetero conferend', per Vicecomites, Ballivos, ſeu alios Miniſtros Noſtri, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum quoſcumque, vel eorum aliquem, extra Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones predict', virtute alicujus Brevis, Precepti, Warant' * ſuis Mandati noſtri, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, ſummoniantur, diſtringantur, attach' nec capiantur, nec eorum aliquis ſummoneatur, diſtringatur, attachietur nec capiatur, nec aliqua executio hujuſmodi Brevis, Precepti, Waranti ſive Mandati, verſus dict' Prepoſit' & Collegium, ſeu Succeſſores ſuos, Homines, Tenentes, ſeu alios Reſidentes predict', vel eorum aliquem, extra dicta Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones, dummodo alias executio hujuſmodi Brevis, Precepti, Waranti ſeu Mandati, infra Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones predict', per proprios Ballivos eorumdem Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, fieri poterit, licet aliqui Vic', Ballivi ſeu alii Miniſtri predicti, prefat' Prepoſit' & * Collegii, ſeu Succeſſores ſuos, aut Homines, Tenentes, ſeu alios Reſidentes predict', extra Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones predict' inveniant, infra Com' ubi ſic ſunt reſidentes; ſet mandetur Ballivis predictorum Prepoſit' & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, ad executionem inde faciend', ſi non fuerit in defectu ipſorum Prepoſiti & Collegii, ſeu Succeſſorum ſuorum, aut Miniſtrorum eorum. Ac etiam quod predict' Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui, habeant imperpetuum, auctoritate preſentis Parliamenti noſtri, omnes Fines pro Tranſgreſſionibus, Offenſis, Meſpriſionibus, Necligentiis, Ignorantiis, Falſitatibus, Deceptionibus, Concelamentis & aliis Delictis quibuſcumque: & etiam Fines pro Licentia concordandi, ac omnia Amerciamenta, Redemptiones, Exitus & Penas forisfact', & exnunc forisfiend', Annum, diem, vaſtum, & Streppum, & omnia que ad Nos, Heredes ſeu Succeſſores noſtros, pertinere poterunt, de hujuſmodi Anno, die, vaſto, & Streppo, tam de omnibus Hominibus ſuis, quam de omnibus Tenentibus ſuis, integre Tenentibus & non integre Tenentibus, Reſidentibus & non Reſidentibus, & aliis Reſidentibus quibuſcumque, tam de & in Terris & Tenementis, quam de & in Feod' & Poſſeſſionibus quibuſcumque, eiſdem Prepoſito & Collegio tam adnunc per Nos collat', quam exnunc eis, aut eorum * Succeſſores per Nos ſeu alios quoſcumque dand', conferend' vel aſſignand', in quibuſcumque Curiis noſtris, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, Homines & Tenentes, Reſidentes & non Reſidentes, & alios Reſidentes hujuſmodi, tam coram Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, ac coram Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, in Cancellaria noſtra, Heredum & Succeſſorum noſtrorum; ac coram Theſ' & Baronibus noſtris, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, de Scaccario; & coram Baronibus noſtris, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, de Scaccario; & coram Baronibus noſtris, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, de eodem Scaccario; necnon coram Juſticiariis noſtris, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, de Banco; ac coram Seneſcallo & Mareſcallo, ac Clerico Mercati Hoſpitii noſtri, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, qui pro tempore fuerint, ac aliis Curiis noſtris, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, quam coram Juſticiariis itinerantibus ad Placita Corone, communia Placita, & Placita Foreſte, & quibuſcumque aliis Juſticiariis & Miniſtris noſtris, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, quam in abſentia noſtra, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, Fines facere & amerciari, Exitus & penas forisfacere, Annum, diem, vaſtum, Streppum & Forisfactur' hujuſmodi adjudicari contigerit; que Fines, Amerciament', Redemptiones, Exitus, Pene, Annus, dies, vaſtum, & Forisfacture, ad Nos, Heredes & Succeſſores noſtros, poſſent pertinere, ſi prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis predictis, conceſſa non fuiſſent: Ita quod iidem Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui, per ſe, vel per Ballivos & Miniſtros ſuos, Fines, Amerciamenta, Redemptiones, Exitus, Penas & * Forisfacture, tam hujuſmodi Hominum, quam hujuſmodi Tenentium, integre Tenentium & non integre Tenentium, Reſidentium & non Reſidentium, & aliorum Reſidentium quorumcumque, & omnia que ad Nos, Heredes & Succeſſores noſtros, pertinere poterunt de Anno, die, vaſto, & eſtreppamento predict', levare poſſint, percipere & habere, ſine occaſione vel impedimento Noſtri, vel Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, Coronatorum, aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum, ſeu Heredum aut Succeſſorum noſtrorum quorumcumque; licet iidem Homines ſeu Tenentes, integre Tenentes & non integre Tenentes, Reſidentes & non Reſidentes, & alii Reſidentes, ſint vel fuerint Officiarii vel Miniſtri noſtri, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, aut alibi de Nobis, Heredibus ſeu Succeſſoribus noſtris, aut de aliis tenuerint. Et quod prefat' Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui, habeant imperpetuum, eiſdem aſſenſu & auctoritate, omnimod' Eſcapia Felonum & Murdratorum, in Dominiis, Terris, Tenementis, Feod' & Poſſeſſionibus, eiſdem Prepoſito & Collegio jam collat', & exnunc eis & eorum Succeſſores conferend', & omnia alia que ad Nos, vel Heredes ſeu Succeſſores noſtros, pertinere poſſent vel deberent, de hujuſmodi Eſcap' Felonum & Murdratorum, de omnibus & ſingulis Hominibus & Tenentibus ſuis, integre Tenentibus & non integre Tenentibus, Reſidentibus & non Reſidentibus, & aliis Reſidentibus quibuſcumq;, tam de & in Terris & Tenementis, quam de & in Feod' & Poſſeſſionibus ſuis predictis: Ac tam omnium Miniſtrorum & Officiariorum noſtrorum, vel Heredum & Succeſſorum noſtrorum, quam aliorum quorumcumque: Ac etiam Villatarum & Hundredorum de & in Villis, Dominiis, Terris, Tenementis, Feod' & Poſſeſſionibus predict'; necnon omnia & omnimoda Fines, Amerciamenta, Redemptiones, Exitus & Penas forisfact' & forisfiend', tam de ſe ipſis, quam de omnibus & ſingulis Villat' Dominiorum, Feod' & Poſſeſſionum predictorum, in omnibus & ſingulis Locis & Curiis noſtris,

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

* Sic Orig.

* Sic Orig.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

Heredum & Succeſſorum noſtrorum, coram quibuſcumque Judicibus ſive Juſticiariis noſtris, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, ſive coram Baronibus noſtris, Heredum & Succeſſorum noſtrorum de Scaccario; que Eſcapia, Fines, Amerciamenta, Redemptiones, Exitus & Pene, ad Nos, Heredes & Succeſſores noſtros, poſſent pertinere, ſi prefat' Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis predictis, conceſſa non fuiſſent. Ita quod iidem Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui predicti, per ſe vel per Ballivos & Miniſtros ſuos, hujuſmodi Eſcapia, Fines, Amerciamenta, Redemptiones, Exitus & Penas levare, percipere & habere poſſint, ſine occaſione vel impedimento Noſtri, vel Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, Coronatorum, aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum, vel Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum quorumcumque, licet iidem Prepoſitus & Collegium, vel Succeſſores ſui, aut Homines ſeu Tenentes ſui, integre Tenentes & non integre Tenentes, Reſidentes & non Reſidentes, & alii Reſidentes ſeu Miniſtri & Officiarii quicumque predict', alibi de Nobis vel Heredibus ſeu Succeſſoribus noſtris, aut de aliis tenuerint. Et quod nec prefat' nunc Prepoſitus & Collegium, nec Succeſſores ſui, nec Officiarii, Miniſtri, Homines ſeu Tenentes ſui, & alii Reſidentes infra Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones ſua eis jam collat', & de cetero conferend', in Plit' quodcumque, coram Seneſcallo & Mareſcallo Hoſpitii noſtri, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, licet Nos ſeu Perſonam noſtram, Heredes ſeu Succeſſores noſtros, tangat, ullo modo deducantur ſeu trahantur; nec quod ipſi, ſeu eorum aliquis, per prefat' Seneſcall' & Mareſcall', ſeu Miniſtros eorumdem, areſtentur, attachientur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. Et quod predict' Prepoſitus & Collegium, ſeu Succeſſores ſui, aut Officiarii, Miniſtri, Homines, Tenentes vel Reſidentes predict', ratione alicujus preſentationis ſive Querele coram dict' Seneſcall' & Mareſcall' facte vel capte, ſeu impoſterum fiend' vel capiend', ad comparend' coram eiſdem Seneſcallo & Mareſcallo, virtute alicujus Brevis, Precepti ſeu Mandati, comparere, reſpondere, vel quovis modo obedire minime teneantur. Et quod prefatus Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui, imperpetuum habeant & conſtituant ſibi Coronatores, in omnibus & ſingulis Dominiis, Terris, Tenementis, Feodis & Poſſeſſionibus ſuis, ſibi jam collat', & de cetero conferend'. Et quod iidem Coronatores, & eorum quilibet, habeant & habeat plenariam poteſtatem & auctoritatem faciendi & excercendi, in dictis Dominiis, Terris, Tenementis, Feod' & Poſſeſſionibus predict' Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum, omnia & ſingula que ad Officium alicujus Coronatoris noſtri, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, pertinent faciend' & excercend'. Ita quod nullus Coronator noſter, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, ad aliquod quod ad Officium hujuſmodi Coronatoris pertinet faciend', in dict' Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones, ſeu eorum aliquod, aliqualiter ingrediatur, vel ſe in aliquo inde intromittat. Et quod predict' nunc Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui, imperpetuum habeant liberam Warennam, in omnibus Dominiis & Terris ſuis Dominicalibus ſibi jam collat', & de cetero conferend', ubicumque fuerint: Ac etiam liberam Chaceam, in omnibus Dominiis & Boſcis ſuis, que ipſi jam habent, ac ipſi & Succeſſores ſui exnunc ſunt habituri, licet eadem Dominia, Terre Dominicales & Boſc', ſint vel fuerint infra Metas Foreſtarum noſtrarum. Ita quod nullus Foreſtarius, Officiarius vel Miniſter noſter, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, nec aliquis alius, intret eadem Dominia & Terras ſeu Boſcos, ad fugand' in eis, vel ad aliquid capiend', quod ad Warennam vel Chaceam pertinet, ſeu aliquid quod ad Officium Foreſtarii, vel alicujus alterius Officiarii ſeu Miniſtri noſtri, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, Foreſtarum ſive Chacearum noſtrarum, ſeu Heredum vel Succeſſorum noſtrorum, pertinet ſive pertinere poterit ullo modo, ſine Licentia ipſorum Prepoſiti & Collegii, & Succeſſorum ſuorum. Et quod prefatus nunc Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui, imperpetuum habeant Wardas & Cuſtodias Terrarum & Tenementorum, omnium & ſingulorum Tenentium ſuorum, de ipſis per Servitium Militare tent', Heredibus ſuis infra etatem exiſten', ac cum Releviis, Eſcaetis, Forisfactur', & aliis Proficuis, Exitibus & Emolumentis quibuſcumque, licet iidem Tenentes de Nobis in capite ut de Corona, vel de aliis alibi teneant quoquo modo. Conceſſimus etiam, de aviſamento, aſſenſu & auctoritate illis, pro Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, prefat' Prepoſito & Collegio, quod ipſi & Succeſſores ſui, omnia & ſingula Brevia, Cartas, Literas Patentes, Mandat' & Warant' quecumque, ſub magno Sigillo noſtro, ſeu ſub quocumque alio Sigillo noſtro, ac Heredum & Succeſſorum noſtrorum, in Cancellaria noſtra, ac Heredum & Succeſſorum, & in quacumque alia Curia noſtra, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, pro eiſdem Prepoſito & Collegio, & eorum * Succeſſores impoſterum concedend' & conficiend', abſque Fine ſeu Feodo ad uſum ſeu opus noſtrum, vel Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, pro eiſdem, aut aliquo eorumdem, ſeu pro Sigillo ſive ſigillatione eorumdem, ſeu eorum alicujus, capiend' ſeu ſolvend', proſequi poſſint, & totaliter habeant & optineant imperpetuum. Conceſſimus etiam, de eiſdem aſſenſu & auctoritate, pro Nobis & Heredibus noſtris, prefat' nunc Prepoſito & Collegio, & Succeſſoribus ſuis, quod ſi quis Sociorum, Clericorum, Scolarium, Choriſtarum, vel aliquis alius Serviens vel Miniſter ipſorum Prepoſiti & Collegii, ſeu Succeſſorum ſuorum, vel alicujus eorumdem, infra Limites ſeu cepta dict' Collegii, vel habitationis eorumdem Prepoſiti & Collegii, vel Succeſſorum ſuorum, vel infra Villam de Eton' predict', manus violentas in alterum ejuſdem Collegii, Servientum ſeu Miniſtrorum predictorum injecerit; ita quod non ſit mahenium; ipſe Prepoſitus Collegii predict' & Succeſſores ſui, inde habeat & habeant plenariam cognitionem, correctionem & punitionem, coram eodem Prepoſito & Succeſſoribus ſuis, vel eorum Locumtenente. Ita quod nullus Officiariorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, ullo modo ſe inde intromittat. Et quod iidem nunc Prepoſitus & Collegium, & Succeſſores ſui, imperpetuum habeant & teneant, omnia & ſingula Dominia, Terras, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones eis jam collat', & per Nos vel Heredes ſeu Succeſſores noſtros impoſterum conferend', libera, quiet' & exonerat', de omnibus & omnimodis Oneribus, Redditibus, Servitiis, Annuitatibus, Apportubus, Firmis, & Arreragiis Firmarum & Apportuum, Exactionibus & Demandis, ad Nos vel Heredes ſeu Succeſſores noſtros, aliquo modo pertinen' ſive ſpectant'; & que de ipſis, ratione vel cauſa eorumdem Dominiorum, Terrarum, Tenementorum, Feod' & Poſſeſſionum, ad Nos, Heredes ſeu Succeſſores noſtros pertinent ſeu pertinere poterint, abſque aliquo pro aut de eiſdem Dominiis, Terris, Tenementis, Feod' & Poſſeſſionibus, Nobis, Heredibus ſeu Succeſſoribus noſtris reddend' vel faciend': & quod Onera, Redditus, Servitia, Exactiones, Annuitates, Apportus, Firme, Arreragia & Demande predict', in preſentibus per verba ſpalia minime expreſſantur; aut eo quod Dominia, Terre, Tenementa, Feod' & Poſſeſſiones predict', aut eorum aliqua parcella, quondam Prioratus vel Poſſeſſiones Alienigen' extiterunt vel exiſtunt; eo etiam quod auctoritate Parliamenti apud Leyceſtr', tempore Domini H. nuper Regis Anglie, Patris noſtri tent', ordinat' fuit, quod omnes Poſſeſſiones Prioratuum Alienigen', except' Priorat' Conventual', & aliis in quodam Actu ejuſdem Parliamenti except', ſibi & Heredibus ſuis remanerent, ſub certa forma in eodem Actu content'; ſeu eo quod Pax inter Anglie & Francie Regna reformat' exiſtit vel exiſtet; aut

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

* Sic Orig.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

eo quod in presentibus non fit mentio de vero valore omnium & singulorum premissorum, seu de aliis Donis sive Concessionibus per Nos prefat' nunc Preposito & Collegio, seu alicui Predecessorum suorum ante hec tempora fact', juxta formam Statutorum inde editorum; aut quacumque omissione, variatione seu superfluitate nominationis sive recitationis, Prioratuum, Dominiorum, Terrarum, Tenementorum, Feod' & Possessionum predictorum, seu eorum alicujus, fact' vel imposterum fiend' quovis modo; aut aliquo alio Jure, Titulo vel Interesse que Nobis in hac parte competunt, aut Nobis vel Heredibus seu Successoribus nostris competere poterunt in futur'; aut Statut' de Terris & Tenementis ad manum mortuam non ponend' edito; aut aliquibus aliis Statutis vel Ordinationibus de hujusmodi Prioratibus & Possessionibus Alienigen' factis vel fiend', non obstant'. Et quod pro aliquo Judicio, seu aliqua transgressione vel offensione personali predict' nunc Prepositi & Collegii, seu Successorum suorum, aut alicujus Ministrorum, Hominum seu Tenentium suorum, unquam de cetero capiantur Libertates predict', in manum nostram vel Heredum seu Successorum nostrorum. Concessimus etiam, eadem auctoritate, prefat' Preposito & Collegio, quod nec ipsi nec Successores sui, nec Ministri sui, vel eorum aliquis, occasione emptionis seu captionis aliquorum Victualium venalium, tam vivorum quam mortuorum, per Villam & Parochiam de Eton' predict' ductorum seu ducendorum, cariatorum seu cariandorum, tam ingrediendo quam exeundo, in quorumcumque manibus inventorum sive inveniendorum, pro Denariis ipsorum Prepositi & Collegii, seu Successorum suorum, rationabiliter in hac parte solvend', ad eorum usum, per se vel per hujusmodi Ministros suos facte seu fiende, ullo modo impetantur, perturbentur, occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur, impetatur, perturbetur, occasionetur, molestetur in aliquo seu gravetur, nec ea occasione aliquod Dampnum seu Perditionem incurrant, nec eorum aliquis incurrat quovis modo; set inde omino liberi & quieti sint, & eorum quilibet sit imperpetuum. Et quod iidem Prepositus & Collegium, & eorum Successores, de cetero habeant processus suos, recuperationes & executiones suas, versus quoscumque Abbates, Priores, Decanos, Rectores & Vicar', Abbatiarum, Prioratuum, Decanatuum, Ecclesiarum, Vicariarum, ac
(m. 17.)
alias personas quascumque, & eorum quemlibet, pro quibuscumque Annuitatibus, Pensionibus, Portionibus, Feod' Firmis & Apportubus, & qualibet parcella eorumdem, eisdem Preposito & Collegio, & eorum * Successores debit', solvend', pertinent' sive spectant', tam per Brevia de debito vel annuitate, in quibuscumque Curiis nostris, Heredum & Successorum nostrorum, quam per Breve de Scire fac' vel fieri fac', in Scaccario nostro, Heredum & Successorum nostrorum, ad libitum & electionem ipsorum Prepositi & Collegii, & Successorum suorum, quotiens & quandocumque contigerit hujusmodi Annuitates, Pensiones, Portiones, Feod' Firmas & Apportus, aut eorum aliquam parcellam, a retro fore, in parte vel in toto, post aliquem Terminum quo solvi debeant vel debeat, non solut' vel non solut'. Et habeant etiam iidem Prepositus & Collegium, & Successores sui, super hujusmodi recuperationibus Dampna sua, tam pro injusta detentione Annuitatum, Pensionum, Portionum, Feod' Firm' & Apportuum predict', & cujuslibet parcelle eorumdem, quam pro misis, expensis & custagiis suis circa hujusmodi recuperationes fact' rationabiliter adjudicand'. Volumus insuper & Concedimus, de avisamento, assensu & auctoritate predict' presentis Parliamenti nostri, pro Nobis, Heredibus & Successoribus nostris, quod super exhibitione seu demonstratione presentis Carte nostre, & cujuslibet inde particule, de donis, concessionibus, confirmationibus, relaxationibus & quiet' clamationibus, Prioratuum, Domorum, Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Feod', Possessionum, Reddituum, Reversionum, Servitiorum, Firmarum, Annuitatum, Advocationum, Pensionum, Portionum, Feod' Firmarum, Apportuum, Libertatum, Francheiarum, Privilegiorum, Quietanc', & Immunitatum predict', per Nos, prefat' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, in forma predict' concessorum fact', sive irrotulamenti inde in Curia nostra de Recordo, sive exemplificationis ejusdem Carte nostre, & cujuslibet particule inde, tam coram Nobis in Cancellaria nostra, Heredum & Successorum nostrorum, quam coram Justiciariis de utroque Banco nostro, Heredum & Successorum nostrorum, ac tam coram Thes' & Baronibus de Scaccario nostro, Heredum & Successorum nostrorum, & coram Baronibus ejusdem Scaccarii nostri, Heredum & Successorum nostrorum, quam coram quibuscumque Justic' & Commissionar' Nostri, Heredum & Successorum nostrorum, tam in omnibus & singulis Curiis nostris, Heredum & Successorum nostrorum, & Locis de Recordo, quam in quibuscumque aliis Curiis & Locis per totum Regnum nostrum Anglie predict', pro aliquo sive aliquibus in eadem Carta content', sive specificat', statim & immediate, prefat' nunc Preposito & Collegio, & Successoribus suis, Carta illa allocetur. Et quod iidem nunc Prepositus & Collegium, & Successores sui, ab omnibus & omnimodis Oneribus & Demandis versus ipsos, contra Donationes, Concessiones, Confirmationes, Relaxationes, quiet' Clamationes, Libertates, Francheisias, Privilegia, Quietanc' & Immunitates predict', in hujusmodi Curiis & Locis exact', ab eisdem Curiis & Locis, virtute exhibitionis sive demonstrationis hujusmodi, erga Nos, Heredes & Successores nostros, aut alios quoscumque, quieti recedant, absque mora seu processu aliquo superinde ulterius prosequend'. Et pro majori securitate & stabilimento Libertatum, Francheiarum, Quietanc' & Immunitatum predictarum, dict' nunc Preposito & Collegio, & Successoribus suis, ut premittitur per Nos concessarum; & ut iidem nunc Prepositus & Collegium, & eorum Successores, temporibus futuris Libertatibus, Francheiis, Quietantiis & Immunitatibus predict', quietius & magis secur' uti valeant & gaudere, de gratia nostra uberiori, & de eisdem assensu & auctoritate concessimus, pro Nobis, Heredibus & Successoribus nostris, & hac Carta nostra confirmavimus, eisdem nunc Preposito & Collegio, & Successoribus suis, quod licet ipsi vel eorum Successores, aliquibus Libertatum, Francheiarum, Quietantiarum & Immunitatum predictarum, de cetero aliquo casu emergent', non usi vel abusi fuerint, bene tamen licebit eisdem nunc Preposito & Collegio, & Successoribus suis, eisdem Libertatibus, Francheiis, Quietantiis & Immunitatibus, postmodum uti & gaudere, absque impetitione, impedimento, perturbatione, molestatione seu gravamine Nostri, vel Heredum seu Successorum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum, vel Heredum seu Successorum nostrorum quorumcumque. Quare volumus & firmiter precipimus, pro Nobis, Heredibus & Successoribus nostris, quod prefat' nunc Prepositus & Collegium, & Successores sui, imperpetuum habeant & teneant, omnes & singulas Donationes, Concessiones, Libertates, Quietantias, Francheisias & Immunitates predict', & eis & earum qualibet plene gaudeant & utantur sicut predictum est, sine impedimento Nostri, vel Heredum seu Successorum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Admirallorum, Elemosinariorum, Senescallorum, Marescallorum, Coronatorum, aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum, Heredum seu Successorum nostrorum quorumcumque. Proviso semper, quod pretextu dict' Concessionum nostrarum, auctoritate presentis Parliamenti nostri, dict' Preposito & Collegio & Successoribus suis confectarum, nullus Ligeus noster Anglicus, de aliquibus Annuitatibus, Firmis seu Redditibus, de predictis Terris, Tenementis sive Possessionibus legitime sibi debit', aliqualiter precludatur,

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

* Sic Orig.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

cludatur, set quod idem Ligeus noster habeat idem Remedium & eandem Actionem, ad petend', exigend' & habend' hujusmodi Annuitates, Firmas sive Redditus, si qui fuerint, prout haberet si presens concessio nostra, auctoritate supradict', dict' Preposito & Collegio, & Successoribus suis, fact' non fuisset. Que quidem omnia & singula premissa per Nos, de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, & Communitatis Regni nostri Anglie, in dict' presenti Parliamento nostro apud Westm', Vicesimo quinto die Februarii, Anno regni nostri Vicesimo Tertio incepto, & usque presentem Quintum diem Martii, Anno regni nostri Vicesimo quarto durante existentium, ac auctoritate ejusdem Parliamenti nostri, eodem quinto die Martii, confirmata, approbat', ratificat', dat' & concessa existunt. Hiis Testibus &c.

Quibus quidem Petitione & Cedula, in Parliamento predicto lectis, auditis & plenius intellectis, de avisamento & assensu predictis, responsum fuit eisdem in forma subsequenti:

Responsio. Le Roy, de l'advys & assent de les Seigñrs Espirituelx & Temporelx, & les Communes, esteantz en cest present Parlement, ad graunte tout le contenue en iceles Petition & Cedule; & q'il soit fait en toutz pointz, sicome il est desire.

Pro Preposito & Scolaribus Collegii Regalis Beate Marie & S'ci Nich'i de Cantebrigg'. (m. 16.)

22. ITEM, quedam alia Petitio exhibita fuit eidem Domino Regi, in presenti Parliamento, per prefatos Communes, pro Preposito & Scolaribus Collegii nostri Regalis Beate Marie & Sancti Nichi de Cantebrigg', in hec verba:

TO the right wyse and discrete Commenes of this present Parlement; Please hit unto youre right discrete wisdoms to considre, howe the Kyng oure Soverayn Lord, unto the honour of God, the most blessed Virgine oure Lady Saint Mary Moder of Crist, and of the glorious Confessour Saint Nicholas, to thexaltation of oure Moder holy Chirch, stabilyshement of oure feith, encrees of Clergye, and destruction of Heresye, hath of his especial grace, mere motion, and singuler devotion which he bereth unto oure said most blessed Lady, and to the said glorious Confessour, founded in her names, a College, called the College Roial of oure Lady, and Saint Nicholas, of Cambrigge; and therupon, at the reverence of God, of oure said blessed Lady Saint Mary, and alle the holy Companye of Heven, of youre right blessed disposition, and of youre most benygne favour, for the perpetuel stabilisshiment of the same College, to pray oure said Soverain Lord, that hit like unto his Highnesse, bi thadvis and assent of the Lordes Espirituelx and Temporelx assembled in this his present Parlement, and bi thauctorite of the same Parlement, for to establisih, approve and enact for ever, all tharticles and maters, and everich of hem, contened in a Cedule herto annexed: And to graunt unto the Provost and Scolers of the seid College, his gracieus Lettres Patentz to be made under his grete Seel in due fourme, after the contenue of the same Cedulle, for the love of God, and bi wey of charyte.

TENOR vero Cedule predicte sequitur in hec verba:

R. Archiepiscopis, Episcopis &c. Salutem. Sciatis, quod cum Nos nuper attendentes, qualiter inter cetera per que regnantum & regnorum exaltatio procuratur, ac Subditorum consulitur commodis & quieti, illud videtur attenta consideratione precipuum, ut in ipsorum regnorum regimine, Potentia & Sapientia, que de Fonte literalis Scientie potissime derivatur, sua communicent officia & mutuo se supportent: Nam Potestas militaris, nisi fuerit per Sapientiam hujusmodi regulata, de facili deviat, & velut navis sine gubernaculo procellis exposita, cito perit; & visum est communiter accidere, quod ubi studium scientiarum & sapientia plus invaluit, illuc floruit eminentius Militia secularis, & abcedente hujusmodi studio, Militie strenuitas occasui subjacens est secuta; sane cum Universitas nostra Cantebrig', velut fontis Alveus rore scientie literalis Regnum nostrum Anglie eminentissime respersrit, & sicut vitis habundans multos in vinea Dñi procreaverit palmites fructuosos, viros videlicet literatissimos, per quos tam ipsum Regnum, quam ejus Sacerdotium, decoratum est & multipharie roboratum: Nos, ad fructum uberrimum, quem ipsa Universitas nostra, Mater & Alitrix virorum in lege divina & humana, omnibusque Scientiis liberalibus mirabiliter imbutorum, in Dei Ecclesia, ex semine sacre doctrine, sua fecunditate produxit, & quem Nobis & Regno nostro in Consiliis & negotiis protulit hactenus & allatura est in futurum, nostre considerationis intuitum dirigentes, ac perpendentes ipsam tanto avidius velle sui seminis fructum diffundere, quanto se cognoverit alimentis propriis commodius habundare, ad honorem omnipotentis Dei, in cujus manu sunt Corda Regum, beatissime & intemerate Virginis Marie Matris Cristi, necnon glorioli Confessoris & Pontificis Sancti Nicholai, in cujus Festo in hanc lucem editi sumus, extirpationemque Heresum & Errorum, qui quasi totum respguntur in orbem, & solennium regnorum, ac Universitatum pacem perturbant, regnumque nostrum Anglie in aliquibus ejus suppositis violarunt, quorum ab incucoibus Universitas nostra predicta immaculatam se continue observavit, augmentum Cleri, decoremque Sacrosancte Matris Ecclesie, cujus ministeria Personis sunt idoneis committenda, que velut Stelle in custodiis suis lumen prebeant, & populos instruant doctrina pariter & exemplo; Duodecimo die Februarii, Anno regni nostri Decimo nono, quoddam Collegium perpetuum de uno Rectore, & Duodecim Scolaribus, seu pluribus vel paucioribus, prout casus eveniret, secundum ipsius Collegii facultates & expensas, ampliand' vel diminiend', juxta Ordinationes & Statuta inde per Venerabiles patres W. Lincoln', & W. Sarum, Episcopos, Willielmum Lyndewode adtunc Custodem privati sigilli nostri, ac Johannem Somerseth Scaccarii nostri, & Johannem Langton Universitatis predicte Cancellarios, sub cert' modo & forma in Literis nostris predictis plenius specificatis, condend', statuend', faciend' & stabiliend', super quoddam Solum nostrum, juxta novas Scolas Theologie, & Juris Canonici, in Vico Scolarum Ville nostre Cantebr', per Metas & Bundas in dictis Literis nostris Patent' specificat' duximus erigend', ac realiter in facto, tenore dictarum Literarum nostrarum, erexerimus, fundaverimus, fecerimus & stabiliverimus perpetuis futuris temporibus duratur'; ac Magistrum Willielmum Millyngton sacre pagine Professorem, Rectorem & pro Rectore ipsius Collegii; Johannem Kirkeby, & Willielmum Hatteclyff, Scolares residuos ejusdem Collegii per Nos electos & ad hoc assumptos, secundum Ordinationes & Statuta inde per predictos Episcopos, ac Willielmum Lyndewode, Johannem Somerseth & Johannem Langton, ut predicitur faciend', regend', corrigend', privand' & ammovend', prefecerimus, creaverimus & ordinaverimus. Ac cum dilecti Nobis Cancellarius, Magistri & Scolares Universitatis predict', quibus nuper Concessimus, quod Manerium de Ruyslep in Comitatu Midd', parcella Prioratus de Okeburn' Alienigen', cum una placea vocat' Northwode, ac etiam cum omnibus Terris, Tenementis, Redditibus, Servitiis, Boscis, Pratis & Pasturis, Agistament' Forestar', Perquisitis Cur', Finibus, Amerciamentis, Pannag', Reddit' voc' palfrey silver', Venditione Boscorum, annuatim consuet', ac cum omnibus aliis Proficuis, Commoditatibus & pertin' dicto Manerio spectant'; quod quidem Manerium, una cum placea & ceteris premissis in eisdem Literis specificat', Magister Johannes Somerseth adtunc tenuit, ad terminum

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

num vite ſue, ex conceſſione noſtra eidem Johanni ad eundem terminum per Nos prius fact'; & quod quidem Manerium, una cum eiſdem premiſſis, ad Nos & Heredes noſtros poſt mortem ejuſdem Johannis Somerſeth reverti deberet; poſt mortem ejuſdem Johannis, prefatis Cancellario, Magiſtris & Scolaribus remaneret. Habend' & Tenend', ſibi & Succeſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum: quibus etiam Cancellar', Magiſtris & Scolaribus, nuper Conceſſimus, quod Maneria de magna Okeburne, & parva Okeburne, in Comitatu Wilteſ', alias dict' Maneria de magna Okeburne, & parva Okeburne, parcell' Prioratus de Okeburne, alias dict' Maneria ſive Prioratus de Okeburne, Sancti Georgii & Sancti Andree, ſeu quibuſcumque aliis Nominibus eadem Maneria & Prioratus in aliquibus Record' inde habitis cenſerentur; que quidem Maneria ſive Priorat', cum Francheſiis, Libertatibus, Warennis, Eſcaet', Finibus, H'iett', Releviis, Terris, Tenementis, Redditibus, Servitiis, Vendic' Boſcorum, annuatim conſuet', ac cum omnibus aliis pertinen' ad Maneria & Priorat' predict' quoviſmodo ſpectantibus, dilectus Nobis Johannes Saintlo, unus Armigerorum pro Corpore noſtro, ad tunc tenuit pro termino vite ſue, ex conceſſione noſtra eidem Johanni Saintlo ad eundem terminum inde fca, & que per & poſt mortem ejuſdem Johannis Saintlo, ſeu quavis alia de cauſa in vita ejuſdem Johannis Saintlo, ad Nos & Heredes noſtros reverti, accidere, ſeu quoviſmodo pertinere poſſent & deberent; & que poſt mortem ejuſdem Johannis, ſeu alias in vita ſua cum ea Nobis quoviſmodo reverti, accidere ſeu pertinere poſſent, prefatis Cancellario, Magiſtris & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, Cancellariis, Magiſtris & Scolaribus Univerſitatis predicte, cum Francheſiis, & aliis premiſſis in eiſdem Literis ſpecificat' remanerent. Habend' & Tenend', eiſdem Cancellario, Magiſtris & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis predict', de Nobis & Heredibus noſtris predictis, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum; de eiſdem Revertionibus, virtute conceſſionum noſtrarum predictarum, eiſdem Cancellario, Magiſtris & Scolaribus ut premittitur factarum, tunc ſeiſiti; eaſdem revertiones, per quoddam factum ſuum, Nobis & Heredibus noſtris poſtea conceſſiſſent, ad intentionem quod Nos eaſdem reverciones prefat' Rectori & Scolaribus Collegii prelibati, Habend' & Tenend', ſibi & Succeſſoribus ſuis predictis, de Nobis & Heredibus noſtris predictis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, gracioſe concedere dignaremur. Et Nos premiſſa debite ponderantes, de gratia noſtra ſpeciali, & ad effectum quod iidem Rector & Scolares, & eorum Succeſſores, in eruditionibus ſuis, ac piis eorum Orationibus melius manuteneri valerent & ſuſtentari, conceſſerimus prefat' Rectori & Scolaribus Collegii prenotati, quod dictum Manerium de Ruyſlep, una cum dicta Placea vocat' Northwode, ac cum omnibus aliis premiſſis in dictis Literis noſtris Patentibus prefato Johanni Somerſeth ut premittitur confect' ſpecificat', quibuſcumque nominibus dictum Manerium & Placea, & cetera premiſſa vel aliqua premiſſorum, in aliquibus Record' inde habitis, vel alio modo cenſerentur; quod idem Johannes Somerſeth, virtute conceſſionis noſtre ſibi inde ut premittitur facte, adhuc tenet ad terminum vite ſue, & quod ad Nos & Heredes noſtros, per mortem ejuſdem Johannis, virtute dicte conceſſionis Nobis ut premittitur facte, reverti deberet, remaneret prefatis Rectori & Scolaribus Collegii predicti, & Succeſſoribus ſuis, poſt mortem ejuſdem Johannis, ſeu quacumque alia de cauſa ad Nos & Heredes noſtros, in vita ipſius Johannis accidere ſeu pertinere poſſet vel deberet. Habend' & Tenend', ſibi & Succeſſoribus ſuis predict', de Nobis & Heredibus noſtris predict', in liberam, puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Ac etiam conceſſerimus eiſdem Rectori & Scolaribus, quod dicta Maneria de magna Okeburne, & parva Okeburne, ſive Prioratus de Okeburne, quibuſcumque nominibus Maneria illa ſive Prioratus ille ut premittitur cenſerentur ſive cenſeretur, una cum Francheſiis & ceteris premiſſis, que prefatus Johannes Saintlo ut premittitur tenet ad terminum vite ſue, & que poſt mortem ejuſdem Johannis Saintlo, ad Nos & Heredes noſtros reverti deberent, poſt mortem ejuſdem Johannis Saintlo, ſeu alias in vita ſua, cum ea Nobis quoviſmodo reverti, accidere ſeu pertinere poſſent vel deberent, eiſdem modo & forma, prefatis Rectori & Scolaribus dicti Collegii & Succeſſoribus ſuis remanerent. Habend' & Tenend', ſibi & Succeſſoribus ſuis predictis, de Nobis & Heredibus noſtris predict', in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, abſque aliquo Nobis vel Heredibus noſtris inde reddend', prout in Literis Patentibus predict' plenius continetur. Et, Triceſimo Primo die Julii extunc prox' ſequent', per alias Literas noſtras Patentes conceſſerimus, predict' Rectori & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, reverſionem Firme & Redditus Centum Solidorum, de Exitibus, Proficuis, Reventionibus & Fructibus, omnium Maneriorum ſive Dominiorum, Terrarum, Tenementorum, Reddituum & Poſſeſſionum, Abbatie de Lucerna Alienigen', per Nos conceſſ' cariſſimo Avunculo noſtro, Humfrido Duci Glouceſtr', ad terminum vite ſue, poſt mortem ejuſdem Avunculi noſtri cum acciderit. Reverſionem Manerii de Willoughton' cum pertin', quod fuit Abbatis & Conventus Sancti Nicholai Andegavie in partibus tranſmarinis: cujus quidem Manerii cuſtodiam Johannes Middelton habet ad terminum annorum, reverſione inde poſt eundem terminum, cuidam Johanni Hardyng pro termino vite ſue, ex conceſſione Venerabilium Patrum Henrici tunc Cantuarien' Archiepiſcopi, Johannis Bathon' & Wellen', Johannis Aſſavien', & Willielmi Sarum, Epiſcoporum, Willielmi tunc Comitis Suff', Johannis Somerſeth, Thome Bekyngton, Ricardi Andrewe, & Ade Moleyns, Clericorum, Johannis Hampton, Jacobi Fenys, tunc Armigerorum, & Willielmi Treſham, de Licentia noſtra inde habita ſpectant', poſt mortem ejuſdem Johannis Hardyng cum acciderit. Reverſionem Prioratus Alienigen' de Allerton Maulever' in Comitatu Eborum, quem Robertus Oſbern, unus Clericorum de Signeto noſtro, habet pro termino vite ſue ex conceſſione noſtra, poſt mortem ejuſdem Roberti cum acciderit. Reverſionem Firme & Redditus Centum Solidorum, de annuo apportu quem Prior Prioratus de Wenloke in Comitatu Salop', Domui Caritat' de Cluny Alienigen' quondam reddere conſuevit, per Nos conceſſ' predicto Avunculo noſtro, Habend' & Tenend' ad terminum vite ſue, poſt mortem ejuſdem Avunculi cum acciderit. Reverſionem Maneriorum ſive Dominiorum de Monkeſton & Combe, cum ſuis pertinen', in Comitatu Sutlit', que Johannes Ryvel, Clericus & Secretarius noſter, habet ad terminum vite ſue ex conceſſione noſtra, poſt mortem ejuſdem Johannis cum acciderit. Reverſionem annue penſ' Centum Solidorum, quam Johannes Mersſhton habet annuatim pro termino vite ſue, ex conceſſione Domini H. nuper Regis Anglie, Patris noſtri, de Eccleſia de Weſtkyngton' in Archidiaconatu de Wilteſ', in Decanatu de Malmeſbury, & quam penſionem Abbas de Fulgiis, alias de Fugeriis, qui eſt de poteſtate & Dominio Francie, & Predeceſſores ſui quondam habuerunt in eadem Eccleſia, poſt mortem predicti Johannis Mersſhton cum accider'. Reverſionem Firme, Redditus ſive Penſionis Viginti Librarum, quas Abbas de Rouford Nobis per annum ſolvere tenebatur, de quodam apportu quem Abbati de Clara Valle Alienigen' annuatim ſolvere conſuevit, pro cuſtodia medietat' Eccleſie de Roderham in Comitatu Eborum; cujus medietat' cuſtodiam Henricus Beaumont habet pro termino vite ſue ex conceſſione noſtra, in valorem Viginti Librarum per annum, poſt mortem ejuſdem Henrici cum acciderit. Annuam Firmam ſive Penſionem Quadraginta Solidorum, quam

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

Prior Prioratus de Blida in Comitatu Notingh', & Succeſſores ſui, Nobis debent per annum, de quodam apportu ad capitalem Domum Prioratus predicti in partibus Tranſmarinis quondam debito. Reverſionem Prioratus de Priaulx, ſive Revercionem Manerii de Stoure Priaulx, & omnium Terrarum, Tenementorum, Reddituum & Servitiorum, Poſſeſſionum, Penſionum, Feodorum, Advocationum, Francheſiarum, Elemoſinarum, Privilegiorum & Cuſtumarum, Abbatiſſe & Conventui de Seint Legier in Priaulx in Normann' quondam pertinentium, quorum quidem Prioratus ſive Manerii, Terrarum, Tenementorum, Reddituum & Servitiorum, Poſſeſſionum, Penſionum, Feodorum, Advocationum, Francheſiarum, Elemoſinarum, Privilegiorum & Cuſtumarum cuſtodiam Radulphus Rotheford Miles jam defunctus, nuper habuit & tenuit ex conceſſione dicti Patris noſtri, ad terminum Quadraginta annorum, cum acciderit. Habend' & Tenend' & Percipiend' omnia & ſingula Prioratus, Maneria, Poſſeſſiones, Portiones, Penſiones, Terras, Tenementa, Reverſiones, annuas Firmas, Redditus & Apportus ſupradict', cum Advocationibus Prioratuum predictorum, ac Feod' Militum, & Advocationibus Eccleſiarum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque in Man' noſtris exiſten', nuper dictis Prioratibus, Maneriis, Poſſeſſionibus, Terris, Tenementis & ceteris premiſſis, ſeu alicui parcelle eorumdem, pertinent' ſive ſpectant'; ſimul cum omnibus & omnimodis Libertatibus, Francheſiis, Immunitatibus, Privilegiis & Proficuis ac Commoditatibus, eiſdem Prioratibus, Maneriis, Poſſeſſionibus, Portionibus, Penſionibus, Terris, Tenementis, Reverſionibus, annuis Firmis, Redditibus & Apportibus, ſeu alicui eorumdem, ullo modo pertinent' ſive ſpectantibus, adeo plene & integre in omnibus, & per omnia, ſicut ille perſone Religioſe, quibus Prioratus, Maneria, Poſſeſſiones, Portiones, Penſiones, Terre, Tenementa, Reverſiones, annue Firme, Redditus & Apportus ſupradicta quondam pertinuerunt, illa umquam liberius tenuerunt ſeu habuerunt, prefatis Rectori & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, pro eorum ſuſtentatione in victu & veſtitu, ac aliis omnibus eiſdem Rectori & Scolaribus, ſeu Succeſſoribus ſuis, qualitercumque incumbentibus, de Nobis & Heredibus noſtris, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, prout in Literis Patentibus predictis plenius continetur. Et, Quintodecimo die Martii, Anno regni noſtri Viceſimo, per alias Literas noſtras Patentes, dederimus & conceſſerimus predictis Rectori & Scolaribus, Prioratum noſtrum de Monte Sancti Michaelis in Cornubia, cum pertinen'. Manerium noſtrum de Tyleſhyde, quod quondam fuit parcella Abbacie de Cadamo, cum omnibus ſuis Juribus & pertinen'. Manerium noſtrum & Rectoriam noſtram de Felſtede cum pertin' in Comitatu Eſſex', que quondam fuerunt parcelle predicte Abbatie de Cadamo. Omnia Terras & Tenementa noſtra, ac Poſſeſſiones que quondam fuerunt Abbie Sancti Nicholai Andegavie, in Spaldyng in Comitatu Lincoln', cum ſuis pertinen', ac * omnimodas Fructus provenientes de Eccleſia de Coſham in Comitatu Wilteſ', cum eorum pertinen', appendentiis, ſive Commoditatibus & Proficuis quibuſcumque; una cum omnimodis Hundredis, Let' Cur', Wapentachiis, Viſibus Franciplegii, Maneriis, Terris, Tenementis, Poſſeſſionibus, Redditibus, Servitiis, Sect' Villanis, Eccleſiis, Portionibus, Penſionibus, Elemoſinis, Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, Prioratuum, Hoſpitalium, Cantariarum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, Libertatibus, Francheſiis, & aliis Commoditatibus & Proficuis quibuſcumque, dict' Prioratui de Monte Sancti Michaelis, Manerio de Tyleſhyde, Manerio & Rectorie de Felſtede, omnibus Terris, Tenementis & Poſſeſſionibus, que quondam fuerunt Abbie Sancti Nicholai Andegavie in Spaldyng predicta, & omnimod' Fructibus provenientibus de predicta Eccleſia de Coſham, qualitercumque pertinent', appendentibus ſive ſpectantibus. Habend' & Tenend', predict' Rectori & Scolaribus, & eorum Succeſſoribus, de Nobis & Heredibus noſtris, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, abſque aliquo Nobis vel Heredibus noſtris inde reddend', prout in eiſdem Literis noſtris plenius continetur. Ac etiam, Septimo Die Junii, Anno regni noſtri Viceſimo primo, per alias Literas noſtras Patentes conceſſerimus, prefat' Rectori & Scolaribus, Manerium de Bryghteſton Dewerell, alias dict' Brygtiſton Deverell in Comitatu Wilteſ', cum Cur' Let', Francheſiis, Libertatibus & Feodis Militum, cum omnibus aliis pertin', quod fuit parcella Prioratus de Okeburne, qui fuit Prioratus Alienigen', cum omnibus Staur', Bonis & Catallis in dicto Manerio exiſten' Nobis ſpectantibus. Habend' & Tenend' Manerium predictum, cum Cur' Let', Francheſiis, Libertatibus, Feodis Militum, & omnibus aliis pertinen', cum dicto Stauro, Bonis & Catallis, prefatis Rectori & Scolaribus, & eorum Succeſſoribus, in puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, prout in eiſdem Literis noſtris plenius continetur. Cumque etiam Nos, Decimo die Julii, Anno regni noſtri Viceſimo primo, inſtinctu Spiritus Sancti ad id ut ſperamus inducti, fixo & immutabili propoſito concluſerimus, quod pauperes indigenteſque Scolares, Collegii noſtri Regalis beate Marie de Etona, Lincoln' Dioc', poſtquam forent primum ibm gramatice rudiment' ſufficient' imbuti, ad prefatum Collegium noſtrum Cantebrigg', quod de cetero Collegium Regale beate Marie & Sancti Nich' de Cantebr' nuncupari voluerimus, tranſfererentur, ſtudiis ibidem liberalibus ac aliis Scientiis & Facultatibus perfectius imbuendi. Et ut dicta Collegia noſtra, que de propitio mutui amoris fraterni perpetuo federe connecterentur, eo perfectiori ampliorique unitate & dilectione mutua ſolidius firmarentur, quo perſone dictorum Collegiorum, & preſertim Preſidentes in eis, ſicut unius dumtaxat fundatoris aucte fulcirentur, ſic unius dignitat' ſeu Officii abſque differentia ſeu diſſimilitudine nomen ſeu Titulum ſortirentur, prefatique Rector & Scolares, Nobis humiliter ſupplicaverint, quatenus vellemus ea conſideratione nomen Rectoris dicti Collegii noſtri Cantebr' penitus abrogare, & nomen illud in nomen Prepoſiti transferre, & Collegium illud Collegium Regale beate Marie & Sancti Nichi de Cantebr' facere & ordinare perpetuo nominari, & ut quelibet Perſona principalis Collegii illius ſuppremum regimen ejuſdem Collegii Cantebr' habens & gerens, extunc aliqualiter in futur' ad inſtar Collegii noſtri predicti de Etona, ſub nomine, & per nomen, Prepoſiti Collegii (m. 25.) Regalis beate Marie & Sancti Nichi de Cantebr', & Collegium illud Collegium beate * & Sancti Nichi de Cantebr' imperpetuum vocitarentur & benigniſsie providere. Et Nos premiſſa omnia & ſingula interna meditatione merito contemplantes, & ut idem Collegium noſtrum Cantebr', per Nos, ad laudem Dei, ac in honorem beatiſſime Virginis Marie, & glorioſi Confeſſoris Sancti Nichii fundat', perpetuum ſui debiti regiminis perciperet fulcimentum, proſpicere Volentes, de aſſenſu Rectoris & Scolarium Collegii illius, & ad eorum ſpeciales inſtantiam & ſupplicationem Nobis fact', & de gratia noſtra, ac certa Scientia noſtra, prefatum Willielmum Millyngton, ad tunc Rectorem Collegii illius, de nomine Rectoris ejuſdem Collegii penitus exuerimus, * ad dictum nomen Rectoris, in nomen Prepoſiti tranſtulerimus & tranſmutaverimus, ac ipſum Willielmum Millyngton Prepoſitum Collegii illius, tenore earumdem Literarum, prefecerimus, ordinaverimus & creaverimus, ipſumque & quemlibet Succeſſorem ſuum, principal' regimen ejuſdem Collegii & Scolarium inibi exiſtentium pro tempore gerentem, pro Prepoſito Collegii illius teneri, reputari & haberi, ac Prepoſitum ejuſdem Collegii nuncupari & cenſeri voluerimus, conceſſerimus, ordinaverimus & decreverimus, & non ſub nomine Rectoris

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

* Sic Orig.

* Sic Orig.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

quoviſmodo: Voluerimus inſuper & conceſſerimus per eaſdem Literas noſtras, quod Prepoſitus & Scolares Collegii noſtri Cantebr' ſupradicti, pro tempore ibidem exiſtentes, ac eorum Succeſſores imperpetuum, Prepoſitus & Scolares Collegii Regalis beate Marie & Sancti Nicholai de Cantebr' extunc imperpetuum nuncuparentur. Et ulterius, voluerimus & conceſſerimus, quod Prepoſitus & Scolares Collegii illius ſimul pro tempore exiſtentes, & Succeſſores ſui, per nomen & ſub nomine Prepoſiti & Scolarium ejuſdem Collegii, eſſent perſone habiles, capaces & perpetue in lege, ad impetrand', recipiend' & adquirend' Terras & Tenementa, Redditus, Servitia, Advocationes Eccleſiarum, Jura, Poſſeſſiones, Proficua, Commoditates & Emolumenta Spiritualia & Temporalia quecumque, tam de Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, quam de aliis quibuſcumque, licet ea immediate de Nobis vel Heredibus noſtris, per ſervitium Militare, aut alio modo quocumque tenerentur. Habend' & Tenend', eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, Statuto de Terris & Tenementis ad manum mortuam non ponend' edito non obſtante. Et quod iidem Prepoſitus & Scolares, & eorum Succeſſores imperpetuum, haberent unum Sigillum commune, pro negotiis, cauſis & agendis ſuis ſerviturum; ac inſuper quod ipſi, & Succeſſores ſui predicti, per nomen illud placitare poſſent & implacitari, ac proſequi & defendere, omnimod' cauſas, querelas & actiones, reales, perſonales & mixtas, cujuſcumque generis forent vel nature, ac eis reſpondere, & in eiſdem reſponderi valerent, ſub nomine illo, coram Nobis & Heredibus noſtris, ac etiam coram Juſticiariis & Judicibus Secularibus & Eccleſiaſticis quibuſcumque. Et ulterius, dederimus & conceſſerimus, pro Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, prefatis Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, quod ipſi predictum Solum noſtrum juxta novas Scolas Theologie & Juris Canonici, in Vico Scolarum Ville noſtre Cantebr', tam pro Domibus & Edificiis dicto Collegio noſtro Cantebr' neceſſariis, quam pro eorum manſis ſive manſionibus, & aliis neceſſariis ſuis in & ſuper eodem Solo conſtruend' & faciend', haberent & tenerent, eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum. Et licet Statuta & Ordinationes per Nos condend', ſtatuend', faciend' & ſtabiliend', ſic per Nos impoſterum condita, ſtatuta, facta & ſtabilita forent, & aliqua fortaſſis reformatione indigerent vel non indigerent, Nos nichilominus poteſtatem Ordinationes & Statuta hujuſmodi corrigendi, emendandi, reformandi, ſeu totaliter mutandi, & eiſdem addendi & retrahendi ſeu diminuendi, & quoque interpretandi & declarandi, & cum eis diſpenſandi, ac nova Ordinationes & Statuta, ſi opus Nobis viſum foret, pro bona & ſana gubernatione Collegii illius, juxta que Prepoſitus & Scolares ejuſdem Collegii pro tempore exiſtentes, regi & gubernari, privari aut ammoveri deberent, condendi, faciendi, ordinandi & ſtabiliendi, Nobis quamdiu egerimus in humanis ſpecialiter reſervaverimus. Ac etiam conceſſerimus pro Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, prefatis Prepoſito & Scolaribus, quod ipſi & eorum Succeſſores imperpetuum eſſent quieti & exonerati, erga Nos, Heredes & Succeſſores noſtros, ac ipſos Prepoſitum & Scolares, & Succeſſores ſuos hujuſmodi, realiter & de facto exoneraverimus & acquietaverimus, de omnimodis Corrodiis, Penſionibus, Annuitatibus, ac aliis Preſtationibus quibuſcumque, alicui perſone ſeu aliquibus perſonis, ad rogatum ſeu mandatum noſtrum, Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum aliqualiter concedend', ſolvend' ſeu reddend'; que ipſi ad hujuſmodi rogatum ſeu mandatum, hujuſmodi perſone ſeu perſonis concedere, ſolvere ſeu reddere tenerentur, ſi preſens Conceſſio noſtra eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, totaliter facta non extitiſſet. Et inſuper, de uberiori gratia noſtra, conceſſerimus pro Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, quod quotienſcumque & quandocumque Collegium illud, perpetuis futuris Temporibus, de Prepoſito, per mortem, ceſſionem, privationem, ammotionem, reſignationem, aut alio modo quocumque, vacare contigerit, Scolares Collegii illius pro tempore exiſtentes, plene haberent & perciperent, omnimoda Exitus, Reventiones, Proventus, Fructus, Oblationes, Obventiones, Decimas, Proficua & Emolumenta quecumque, tam de Maneriis, Prioratibus, Meſuagiis, Terris & Tenementis predictis, & ceteris premiſſis, quam de aliis Terris & Tenementis, Redditibus & Servitiis, ac aliis Poſſeſſionibus Spiritualibus ſeu Temporalibus quibuſcumque, eidem Collegio ſeu Prepoſito & Scolaribus ejuſdem Collegii & Succeſſoribus ſuis conceſſis ſive concedendis, durante hujuſmodi vacatione provenientia, ſecundum Statuta & Ordinationes predicta per Nos ut premittitur condend' & diſponend', que ad Nos & Heredes noſtros ratione vacationis hujuſmodi pertinerent ſeu pertinere poſſent quoquo modo, ſi preſens Conceſſio noſtra eis facta non exiſteret; abſq; moleſtatione, impetitione ſeu impedimento Noſtri, vel Heredum ſeu Succeſſorum noſtrorum, aut aliorum quorumcumque, & abſque Compoto ſeu aliquo alio Nobis vel Heredibus ſeu Succeſſoribus noſtris inde reddendo; & ipſos Prepoſitum & Scolares, & Succeſſores ſuos, inde exoneraverimus & acquietaverimus imperpetuum. Ac inſuper, conceſſerimus de uberiori gratia noſtra, prefatis Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, quod ſi aliqua Conceſſio, prefat' nuper Rectori & Scolaribus tantum, ſeu eis & eorum Succeſſoribus, per Nos aut aliquem alium ante hec tempora facta fuerit, que nondum plenarie ſeu in aliqua ejus parte executa exiſteret, bene liceat eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, Conceſſionem illam per nomen & ſub nomine Prepoſiti & Scolarium dicti Collegii plenarie exequi. Habend' & Tenend' omnia & ſingula que per ipſos Prepoſitum & Scolares, aut eorum Succeſſores, ſic executa fore contigerit, eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, in eorum ſuſtentationem imperpetuum; prout in Literis noſtris Patentibus, predicto Decimo die Julii, Anno regni noſtri Viceſimo primo, inde confect' plenius continetur. Ac etiam, Undecimo die Junii, Anno regni noſtri Decimo ſeptimo, conceſſerimus dilecto Conſanguineo noſtro Humfrido Comiti Stafford, Manerium de Atherſton cum pertinen' in Comitatu Warr', quod fuit parcella Prioratus de Okebourne Alienigen' in Comitatu Wilteſ' ut dicitur. Habend' & Tenend', eidem Conſanguineo noſtro, a Secundo die Maii, Anno regni noſtri Sextodecimo, pro termino vite ſue, revercione Manerii predicti cum pertinen', ad Nos & Heredes noſtros ſpectante. Ac Nos, Duodecimo die Decembris, Anno regni noſtri Viceſimo ſecundo, per alias Literas noſtras Patentes conceſſerimus, quod Manerium predictum cum pertinen', quod ad Nos & Heredes noſtros, per & poſt mortem predicti Conſanguinei noſtri reverti deberet, dict' Prepoſito & Scolaribus & Succeſſoribus ſuis remaneret. Habend' & Tenend', ſibi & Succeſſoribus ſuis predictis, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum. Et ulterius, per eaſdem Literas noſtras Patentes, dederimus & conceſſerimus prefatis Prepoſito & Scolaribus, Prioratum de Wotton cum pertinen', in Com' Warr' & Wigorn', ac Manerium de Weſt Wortham in Comitatu Norff', & Manerium de Molkeley in predicto Comitatu Warr', in manubus noſtris tunc exiſt'. Habend' & Tenend', prefatis Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis predictis, predicta Prioratum & Maneria de Weſt Wortham & Molkeley, necnon omnia alia Terras & Tenementa, Redditus, Servitia, Portiones, Penſiones, Procurationes, Boſcos, Molendina, Prata, Paſtur', Paſc', Aquas, Vias, Semitas & Piſcarias, ſimul cum Feodis Militum, & Advocationibus Eccleſiarum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſtic orum quorumcumque, ac aliis Poſſeſ-

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

fionibus & pertinen' quibuſcumque, ad dicta Prioratum & Maneria de Weſt Wortham & Molkeley, ſeu aliquod eorumdem, qualitercumque infra Regnum noſtrum Anglie pertinentia ſive ſpectantia; una cum omnimodis Reventionibus, Commoditatibus & Emolumentis, ad eadem Prioratum & Maneria de Weſt Wortham & Molkeley, ſeu eorum aliquod, pertinentibus & de eiſdem provenientibus, ac Franchefiis, Privilegiis, Libertatibus, Quietantiis, Juribus & Conſuetudinibus, ad dicta Prioratum & Maneria de Weſt Wortham & Molkeley, ſeu aliquod eorum, ab antiquo habitis & uſitatis, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum; que quidem Prioratus & Maneria de Weſt Wortham & Molkeley, & alia Terre & Tenementa predicta cum pertinen', ab antiquo fuerunt, ut dicitur, parcell' poſſeſſionum Abbatis de Couches, ac Abbathie ſive Domus de Couches Alienigen', & in manubus Domini H. nuper Regis Anglie, Patris noſtri, extiterunt; prout in eiſdem Literis noſtris Patentibus inde confect', predicto Duodecimo die Decembris, Anno regni noſtri Viceſimo ſecundo, plenius continetur. Cumque etiam, Sexto die Julii, dicto Anno Viceſimo ſecundo, per alias Literas noſtras Patentes dederimus & conceſſerimus, prefatis Prepoſito & Scolaribus, Duo Dolia Vini de Vaſcon', habend' & percipiend', dict' Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, ſingulis annis, de Vinis noſtris, in Portu Civitatis noſtre London', inter Feſtum Sancti Martini in Yeme, & Feſtum Paſche extunc prox' ſequens, per manus Capitalis Pincerne noſtri Anglie, Heredum & Succeſſorum noſtrorum, pro tempore exiſtent', ſeu ejus Deputati in Portu Civitatis predicte pro tempore exiſtent', prout in eiſdem Literis noſtris plenius continetur. Nec non, cum Edmundus Hungerford Miles, Johannes Langton Clericus, Willielmus Waleſby Clericus, Johannes Waller Armiger, Drugo Barentyne Gentylman, & Johannes Skyrmot Gentylman, habeant & teneant, ad terminum vite Johannis Delaber' Clerici, magni Elemoſinarii noſtri, ex conceſſione ejuſdem Johannis, Prioratum Sancti Jacobi juxta Exon' in Comitatu Devon' cum pertin'. Ita quod poſt mortem ipſius Johannis Delaber', Prioratus predict' cum pertin', Nobis & Heredibus noſtris remaneret. Ac Radulphus Botiller Dominus de Seudeley, Johannes Beauchamp Miles, Rogerus Fenys Miles, & Thomas Stanle Miles, habeant & teneant, ad terminum vite Jacobi Fenys Armigeri, & Emeline uxoris ſue, & alterius eorum diutius vivent', ex conceſſione ejuſdem Jacobi, Manerium de Withiham cum pertinen', alias dict' Manerium de Withihamme, alias dict' Manerium de Withiham, alias dict' Withihamme vocat' Monkenecourt, alias Monkecourt cum pertinen', portionibus & penſionibus, una cum advocatione Eccleſie ejuſdem, & omnibus aliis ſuis pertinen', Feodis Militum, Redditibus, Servitiis, Viſibus Franciplegii, Franchefiis, Libertatibus, Weyf, Streyf, Apportubus, Decimis, Oblationibus, Obventionibus, Proficuis, Emolumentis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaet', & aliis Commoditatibus quibuſcumque, eidem Manerio qualitercumque pertinentibus ſive ſpectantibus quoviſmodo: Ita quod poſt mortem eorumdem Jacobi & Emeline, Manerium illud cum pertinen', una cum advocatione & ceteris premiſſis eidem Manerio ut premittitur pertinentibus ſive ſpectantibus, Nobis & Heredibus noſtris remaneret. Et Nos, Quintodecimo die Julii, Anno regni noſtri Viceſimo ſecundo predicto, per alias Literas noſtras Patentes conceſſerimus, prefatis Prepoſito & Scolaribus, quod Prioratus predictus cum pertinen', quem prefati Edmundus, Johannes Langton, Willielmus, Johannes Waller, Drugo, & Johannes Skyrmot, tenent ad terminum vite prefati Johannis Delaber' in forma predicta, & qui poſt mortem ejuſdem Johannis, Nobis & Heredibus noſtris remanere deberet, poſt mortem ejuſdem Johannis, prefatis Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, remaneret imperpetuum: Et quod Manerium predictum cum pertinen', portionibus & penſionibus, una cum Advocatione predicta, & omnibus aliis ſuis pertinen', Feodis Militum, Redditibus, Servitiis, Viſibus Franciplegii, Franchefiis, Libertatibus, Weyf, Streyff', Apportubus, Decimis, Oblationibus, Obventionibus, Proficuis, Emolumentis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaetis, & aliis Commoditatibus quibuſcumque, eidem Manerio qualitercumque pertinentibus ſive ſpectantibus; quod quidem Manerium cum pertinentiis, & ceteris premiſſis eidem Manerio ut premittitur pertinentibus ſive ſpectantibus, prefati Radulphus Botiller, Johannes Beauchamp, Rogerus Fenys & Thomas Stanle tenent, ad terminum vite prefatorum Jacobi & Emeline in forma predicta; Et quod poſt mortem ipſorum Jacobi & Emeline, Nobis & Heredibus noſtris remanere deberet; poſt mortem eorumdem Jacobi & Emeline, prefatis Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, remaneret. Habend' & Tenend' Prioratum predict' cum pertin', poſt mortem prefati Johannis Delaber', & predictum Manerium cum pertinen', & ceteris premiſſis eidem Manerio ut premittitur pertinentibus ſive ſpectantibus, poſt mortem prefatorum Jacobi & Emeline, prefatis Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, de Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum, abſque aliquo Compoto ſeu aliquo alio Nobis vel Heredibus noſtris inde reddendo, faciendo vel ſolvendo, prout in predictis Literis Patentibus plenius continetur. Et cum in Memorand' Scaccarii noſtri contineatur, qualiter nuper Vicecom' noſtris London' & Midd', per Breve noſtrum dedimus in mandatis, quod diſtringerent Abbatiſſam Domus de Syon juxta Braynford in Comitatu Midd', ad reddend' Nobis Comp̃m de Exit' Maner', ac omnium Terrarum, Tenementorum & Poſſeſſionum Abb̃tie Sancti Nicholai Andegav' in Spaldyng & Pynchebek in Comitatu Lincoln'. Ac in Memorand' Scaccarii predicti ſimiliter contineatur, qualiter audito compoto Johannis Sothill, alias dict' Johannis Sotill, nuper Vic' dict' Com' Lincoln', de Exit' õim Terr' & Ten', cum omnibus ſuis pertin', in Spaldyng & Pynchebek in dicto Comitatu Lincoln', parcell' Prioratus de Coſham Alienigen', debite erant Nobis Quatuor Libre. Ac in quadam ligula de inquiſitionibus Terrarum Religioſarum Alien' in dicto Comitatu Lincoln' contineatur, quod Abbas de Angers nuper habuit in Villa de Spaldyng & Pyncebek, de Terris dimiſſ' ad firmam, & de reddit' aſſiſe, per annum Centum & Decem & ſeptem ſolidos, Quatuor Denarios, Unum Obolum & Quadrantem. Et qualiter idem Abbas nuper habuit ibidem Cur' de Tenentibus ſuis, valoris Trium Solidorum per annum. Ac etiam quod idem Abbas nuper habuit in Repyngehale, quandam portionem Decime, valoris Sex Solidorum & Octo Denariorum per annum, & qualiter etiam idem Abbas nuper habuit in Wibirton, quandam portionem Decime, valoris Quindecim Solidorum per annum. Et Nos, Tertio die Maii, Anno regni noſtri Viceſimo tertio, per alias Literas noſtras Patentes conceſſerimus, prefat' Prepoſito & Scolaribus, dict' Maner', & omnia Terras, Tenementa & Poſſeſſiones, Abb̃tie Sancti Nichi Andegav', in Spaldyng & Pynchebek in Comitatu Lincoln', in dict' Brevi nuper Vic' London' & Midd' ut premittitur direct' ſpecificata, ac dicta Terras & Tenementa cum ſuis pertinen', in Spaldyng & Pynchebek in dicto Comitatu Lincoln', parcell' Prioratus de Coſham Alienigen', in dicto Compoto dicti Johannis Sothill, alias dicti Johannis Sotill ut premittitur ſpecificata, ac dictas Terras ad Firmam dimiſſ', & Reddit' aſſiſe in dicta Villa de Spaldyng & Pyncebek, valoris Centum & Decem & ſeptem Solidorum, Quatuor Denariorum, Unius Oboli & Quadrantis per annum, una cum Cur' ibidem de Tenentibus ſuis tenend', necnon dictam portionem Decime, valoris Sex Solidorum & Octo Denariorum per annum, quam dictus Abbas de Angers nuper habuit in Repynghale, ac dictam portionem

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

tionem Decime, valoris Quindecim Solidorum per annum, quam idem Abbas nuper habuit ut premittitur in Wybyrton, seu sub quibuscumq; aliis nominibus Maner', Terr', Ten', Redditus, Possessiones, Portiones & Cur' predicta censerentur seu nuncuparentur. Habend' & Tenend' omnia & singula Maneria, Terras, Tenementa, Possessiones, Portiones & Cur' suptadict', cum omnibus suis Juribus & pertinen', Appendentiis, * Commoditabus & proficuis quibuscumque, una cum omnimodis Hundredis, Let' Cur', Wapentachiis, Visibus Francipleg', Maneriis, Terris, Tenementis, Possessionibus, Redditibus, Servitiis, Sect' Villanis, Ecclesiis, Portionibus, Pensionibus, Elemosinis, Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Vicariarum, Capellarum, Prioratuum, Hospitalium, Cantariarum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, Libertatibus, Francheiis, ac aliis Commoditatibus & proficuis quibuscumq;, dict' Maner', Terris, Tenementis, Redditibus, Possessionibus, Portionibus & Cur' qualitercumque pertinentibus, appendentibus sive spectantibus, a Quintodecimo die Maii, Anno regni nostri Vicesimo, prefatis Preposito & Scolaribus, & eorum Successoribus, de Nobis & Heredibus nostris, in liberam, puram & perpetuam Elemosinam imperpetuum, absque aliquo Nobis vel Heredibus nostris inde reddendo, prout in predictis Literis nostris plenius continetur. Ac Nos, Sexto die Augusti, Anno regni nostri Vicesimo tertio, per alias Literas nostras Patentes, sub Sigillo Ducatus nostri Lancastrie concesserimus, prefat' Preposito & Scolaribus, Advocationem Ecclesie de Prestecote in Comitatu Lancastrie, Coventren' & Lich' Dioc'. Habend' & Tenend', eisdem Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis imperpetuum, prout in dictis Literis Patentibus plenius continetur. Ac etiam, Sexto die Novembris, Anno regni nostri Vicesimo quarto, per alias Literas nostras Patentes, concesserimus & confirmaverimus prefat' Preposito & Scolaribus, dictam Advocationem Ecclesie de Prestecote in Com' Lancastr', Coventren' & Lich' Dioc'. Habend' & Tenend', eisdem Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis imperpetuum, prout in predictis Literis Patentibus plenius continetur. Et ulterius, cum dilectus Nobis Petrus Stucle Clericus, habeat ad terminum vite sue ex concessione nostra, Decanatum Sancte Beriane, alias dicte Sancte Buriane Alienigen' in Cor-
(m. 14.) nubia, per nomen Decanatus de Seynt Buryen, alias Seynt Beryen', in Cornubia, Exon' Dioc', cum suis Juribus & pertinen' quibuscumque, qui quidem Decanatus de nostro patronatu existit. Ac, Undecimo die Novembris, Anno regni nostri Vicesimo quarto, per alias Literas nostras Patentes concesserimus, eisdem Preposito & Scolaribus, Decanatum predictum. Habend' & Tenend' eundem Decanatum, cum omnibus & singulis membris & pertinen' suis, Terris, Tenementis, Decimis, Oblationibus, Obventionibus, Advocationibus Ecclesiarum, Vicariarum & Prebendarum, ac aliis Juribus, Proficuis & Emolumentis quibuscumque, eidem Decanatui qualitercumque pertinentibus sive spectantibus, prefatis Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, immediate post cessionem sive * prefati Petri, aut aliam vacationem predicti Decanatus quamcumque, in liberam, puram & perpetuam Elemosinam imperpetuum, prout in predictis Literis nostris plenius continetur. Ac, Septimo die Februarii, Anno regni nostri Vicesimo quarto, per alias Literas Patentes concesserimus ac confirmaverimus, prefatis Preposito & Scolaribus, unam acram Terre cum pertinent' in Ryngwode, parcellam Manerii de Ryngwode, simul cum Advocatione Ecclesie de Ryngwode, Wynton' Dioc', eidem acre pertinent'. Habend' & Tenend', eidem Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam Elemosinam imperpetuum, prout in predictis Literis Patentibus plenius continetur. Necnon, Septimo die Februarii, Anno Regni nostri Vicesimo quarto, per alias Literas nostras Patentes dederimus & concesserimus, prefatis Preposito & Scolaribus, unum Dolium Vini de Vascon'. Habend' & percipiend', eisdem Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis imperpetuum, singulis annis, in Portu Ville de Lenn Episcopi, seu in Portu Civitatis nostre London', ad eorum libitum, quandocumque eis placeret, post adventum Vindemie sive Vinetagii ad Portus predictos, seu eorum alterum, dictum Dolium Vini eis per Nos ut premittitur concessum exigere & demandare, per manus Capitalis Pincerne Regni nostri Anglie, Heredum & Successorum nostrorum, pro tempore existent', seu ejus Deputati vel Deputatorum in Portubus predictis seu eorum altero pro tempore existen', prout in predictis Literis Patentibus plenius continetur. Nos autem omnes & singulas donationes, concessiones, acceptationes, approbationes, literas, confirmationes, ratificationes, relaxationes, quiet' clamationes, perquisitiones, & cetera premissa, rata habentes & grata, ea, de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, ac Communitatis Regni nostri Anglie, in presenti Parliamento nostro existentium, auctoritate ejusdem Parliamenti nostri acceptamus, approbamus, ratificamus, & tenore presentium confirmamus, & ea omnia & singula, eadem auctoritate, predictis Preposito & Scolaribus, & eorum Successoribus, quibuscumque nominibus censeantur, damus imperpetuum & concedimus per presentes. Habend', Tenend', exercend' & exequend' ea omnia & singula & eorum quodlibet, per nomen Prepositi & Scolarium Collegii Regalis beate Marie & Sancti Nichii de Cantebr', plene, libere & quiete, absque impetitione, impedimento, perturbatione, molestatione seu gravamine Nostri, vel Heredum seu Successorum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Senescallorum, Ballivorum, aut aliorum Officiariorum vel Ministrorum nostrorum, Heredum seu Successorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque. Et Nos ulterius accipientes Henricum Somer, & Ricardum Alrede, habere & percipere annuatim ex concessione nostra, durante vita sua, & alterius eorum diutius viventis, Quadraginta Libras, per manus Abbatis, Prioris & Conventus de Sancto Edmundo de Bury, alias dict' Abbatis, Prioris & Conventus de Bury Sancti Edmundi, pro tempore existen', ad terminos Pasche & Sancti Michaelis per equales portiones; quas quidem Quadraginta Libras annuas, dict' Abbas, Prior & Conventus, Nobis & Heredibus nostris, de custodia Abbtie illius & omnium Temporalium ejusdem Abbtie annuatim solvere tenebantur; & quas quidem Quadraginta Libras annuas, nuper per Literas nostras Patentes concessimus remanere, post mortem predictorum Henrici Somere, & Ricardi Alred', prefatis Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis. Habend' & percipiend', singulis annis, eisdem Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, in eorum sustentationem, ac in liberam, puram & perpetuam Elemosinam imperpetuum, a tempore mortis eorumdem Henrici & Ricardi, per manus Abbatis, Prioris & Conventus ejusdem Loci de Sancto Edmundo de Bury, seu de Bury Sancti Edmundi, pro tempore existen', ad terminos predictos per equales portiones, prout in eisdem Literis Patentibus plenius continetur. Volentes eisdem Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, gratiam facere ampliorem, ad laudem Dei, & Honorem beatissime Virginis Marie Matris sue, & glorioси Confessoris Sancti Nichi, exaltationemque Sacrosancte Ecclesie, ac robur fidei, & augmentum Cleri, de avisamento & assensu predict', auctoritateque ejusdem Parliamenti, concessimus eisdem Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, quod ipsi dict' Quadraginta Libras annuas, eis modo & forma supradict' concessas, habeant & percipiant, sibi & Successoribus suis, tam virtute earumdem Literarum nostrarum Patentium, quam auctoritate presentis Parliamenti nostri, in liberam, puram & perpetuam Elemosinam imperpetuum. Concessimus etiam, auctoritate supradicta, eisdem

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

* Sic Orig.

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, Prioratum de Bryſett in Comitatu Suff', ſive omnia illa Domos, Edificia, Solum, Manſiones & Poſſeſſiones, que Prioratus de Bryſett nuper vocabantur, cum omnibus Maneriis, Dominiis, Terris, Tenementis, Pratis, Paſcuis, Paſturis, Piſcariis, Aquis, Viis, Semitis, Boſc', Viſibus Franciplegii, Cur' Let', Warennis, Feriis, Mercatis, Redditibus, Servitiis, Portionibus, Penſionibus, Apportubus, Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, Capellarum, Cantariarum, Vicariarum, ac aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, ad dict' Prioratum ſive illa Domos, Edificia, Solum, Manſiones & Poſſeſſiones, que Prioratus de Bryſett predict' nuper vocabantur, Maneria, Dominia, Terras, Tenementa, & cetera premiſſa qualitercumque pertinentibus ſive ſpectantibus. Habend' & Tenend', eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis: quoddam Tenementum ſive Hoſpitium nuper Edmundi Goldyngton, in Villa Cantebrigg', jacens in Parochia Sancti Edwardi, inter Ten' nuper Johannis Colbroke ex parte Boreali, & Ten' nuper Agnet' Jacob ex parte Auſtrali; necnon quoddam Meſuagium ſive Cotagium nuper predicti Edmundi, in dicta Villa Cantebrigg', abuttans ſuper le high Strete, & jacens inter Ten' prefate Agnet' ex parte Boriali, & Ten' Johannis Duxworth ex parte Auſtrali: Ac etiam advocationem Sancti Johannis Baptiſte Ville predicte: & licentiam dedimus eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, quod ipſi Eccleſiam illam appropriare poſſint, & eam ſic appropriatam, ſibi & Succeſſoribus ſuis, in proprios uſus tenere imperpetuum: Necnon quoddam Tenementum, Manſionem ſive Hoſpitium, eidem Eccleſie contiguum, vocatum Saynt Johnes Hoſtel: Ac etiam quoddam aliud Tenementum, Manſionem ſive Hoſpitium in Villa predicta, jacens inter Venellam vocatam Pyron lane, & Ten' nuper Willielmi Lincoln' ex parte Boreali, & dictum Tenementum nuper Johannis Colbroke ex parte Auſtrali; quod quidem Tenementum, Manſio ſive Hoſpitium, nuper Seint Edwards Hoſtel vocabatur. Habend' & Tenend' predict' Ten' ſive Hoſpitium, ac dict' Meſuagium ſive Cotagium nuper prefati Edmundi Goldyngton, necnon advocationem & alia Tenementa, Manſiones ſive Hoſpitia predicta, cum ſuis pertinentiis, prefatis Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum; Statuto de Terris & Tenementis ad manum mortuam non ponend' edito non obſtante. Conceſſimus etiam, auctoritate ſupradicta, eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, quandam parcellam Vici, Strate ſive Venelle Ville noſtre Cantebrigg', vocat' Milneſtrete, alias Seynt Johnes Strete, ſe extendentem verſus Auſtrum a Venella jacente ſubtus murum Fratrum Carmelitarum vocata Cholleſlane alias Whitefrerelane, uſque Aulam de Clare verſus Boream, ac quamdam parcellam Vici vocati Scolelanes, ſe extendentem verſus Occidentem ab alta Strata, continentem in longitudine Centum Quaterviginti & Quinque Pedes: ac etiam totam Venellam vocatam Pyron lane, necnon Venellam vocat' Strawelane, una cum quadam ripa vocat' Saltthith, ac toto Solo noſtro communi jacente inter predictam Venellam vocat' Cholleſlane alias Whitefrerelane ex parte Auſtrali, & predictam Aulam de Clare ex parte Boreali, & inter predictum Vicum, Strat' ſive Venellam vocat' Mylneſtrete alias Seint Jolineſſtrete ex parte Orientali, & altam Ripariam ex parte Occidentali: Quas quidem parcellas Vic', Strat' ſive Venell', ac Venellas cum Ripa & Solo predict', nuper perquiſivimus de Majore, Burgenſibus & Communitate Ville noſtre Cantebrigg' predicte. Habend' & Tenend' dictas parcellas Vic', Strat' ſive Venell', & Venellas una cum Ripa & Solo predict', eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & eorum Succeſſoribus imperpetuum, in elargationem Collegii predicti. Et eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & eorum Succeſſoribus, quod ipſi dictas parcellas Vic', Strat' ſive Venell', ac Venellas cum Ripa & Solo predict' includere, & ea ſibi & Succeſſoribus ſuis in ſeparalitate tenere poſſint imperpetuum, auctoritate predict', ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem. Conceſſimus etiam, eadem auctoritate, eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, unum Tenementum ſive Hoſpitium jacens in Parochia Sancti Johannis in Villa Cantebrigg' predict', abuttans ſuper Vicum de Mylneſtrete vocat' Seint Edmunds Hoſtell; ac aliud Tenementum ſive Hoſpitium ſcituatum in Parochia predicta, abuttans ſuper Vicum ſupradictum vocat' Seint Nicholas Hoſtel; que quidem Ten' ſive Hoſpitia nuper perquiſivimus de Simone Dallyng Clerico. Habend' & Tenend' predicta Ten' ſive Hoſpitia, cum ſuis pertinentiis, prefatis Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum. Et ulterius, conceſſimus auctoritate ſupradict', prefat' Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, quoddam Tenementum ſive Hoſpitium vocatum le Boreſhede, ſituatum in dicta Villa Cantebrigg', inter Venellam vocatam Nutlane ex parte Boreali, & Ten' Thome Maſt, & Ten' nuper Roberti Couper ex parte Auſtrali; necnon unum Ten' ſive Meſuagium jacens in Parochia Sancti Betulphi dicte Ville Cantebrigg', inter Tenementa Collegii beate Marie & Corporis Criſti ex utraque parte, & abuttans ſuper Smalebruggeſtrete ejuſdem Ville; ac etiam Quatuor Meſuag' ſive Cotagia ſituata in Newenham juxta Cantebriggiam, inter Ten' predicti Thome Maſt ex parte Boreali, & Ten' dicti Collegii beate Marie & Corporis Criſti ex parte Auſtrali; necnon Duas acras Terr' jacentes in Campo vocato Caroin' juxta Newenham predict', inter Terram Ricardi Secreſtayne ex parte Orientali, & Terram dicti Collegii beate Marie & Corporis Criſti ex parte Occidentali; ac dimidiam acram Terre jacentem in eodem Campo, inter Terram Johannis Belton ex parte Orientali, & Terram Abbatiſſe & Conventus de Denney ex parte Occidentali; ac etiam unam Rodam Terre jacentem in eodem Campo, inter Terram dicte Abbatiſſe & Conventus de Denney ex parte Orientali, & Terram predicti Collegii beate Marie & Corporis Criſti ex parte Occidentali; Necnon dimidiam acram Terre in eodem Campo, jacentem inter Terram Cantarie Eccleſie beate Marie extra Trumpyngton Gatez ex utraque parte; ac etiam Duas acras Terre jacentes in Newenham croſt ex parte Auſtrali Terre Johannis Tybbey; necnon Duas acras Terre jacentes in Campo de Graũceſtr', inter Ten' Henrici Somer ex utraque parte; ac etiam Tres Rodas Terre jacentes apud Newenham Croſſe, inter viam Regiam ex parte Auſtrali, & Terram Johannis Belton ex parte Boreali: Que quidem Ten', Hoſpic', Meſuag', Cotag' & Terras, nuper perquiſivimus de prefato Edmundo Goldyngton. Habend' & Tenend' omnia predicta Ten', Hoſpic', Meſuag', Cotag' & Terras, cum ſuis pertinentiis, prefatis Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam imperpetuum. Et Nos vero & Heredes noſtri, omnia & ſingula ſupradict' Prioratus, Domos, Dominia, Maneria, Terr', Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Penſiones, Portiones & Apportus, & alias Poſſeſſiones ſupradict', ac omnia alia premiſſa cum ſuis pertinentiis, per Nos prefat' Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis ut prefertur conceſſa, eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, auctoritate ſupradicta, warantizabimus & imperpetuum defendemus. Et volumus, ac eadem auctoritate concedimus, eiſdem Prepoſito & Scolaribus, & Succeſſoribus ſuis, quod ſi contingat predicta Prioratus, Domos, Dominia, Maneria, Terr', Tenementa, Redditus, Reverſiones, Servitia, Penſiones, Portiones, Apportus & Poſſeſſiones, vel alia premiſſa, ſeu aliquam parcellam eorumdem, a prefatis Prepoſito & Scolaribus, ſeu Succeſſoribus ſuis, quoviſmodo impoſterum evinci vel ipſos inde expelli; Tunc Nos & Heredes noſtri, immediate poſt hujuſmodi evictionem ſeu expul-

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

A. D. 1444 -23 Hen. VI.

sionem habitam, prefat' Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, alia Terras, Tenementa, Redditus, Reversiones & Servitia, ejusdem valoris annui, prout Prioratus, Domus, Dominia, Maneria, Terre, Tenementa, Redditus, Reversiones, Servitia, Pensiones, Portiones, Apportus & Possessiones predicta, seu aliqua premissa, vel aliqua parcella eorumdem, sic evinci vel ipsos inde expelli contingentia existunt, concedemus. Habend', tenend' & gaudend', eisdem Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam Elemosinam imperpetuum. Et pro majori securitate ipsorum Prepositi & Scolarium, & Successorum suorum in hac parte, volumus, & auctoritate predicti presentis Parliamenti nostri concedimus, pro Nobis, Heredibus & Successoribus nostris, quod prefati Prepositus & Scolares, & Successores sui, habeant tantam & talem Pecunie summam annuam, qualem & quantam hujusmodi Prioratus, Domus, Dominia, Maneria, Terre, Tenementa, Redditus, Reversiones, Servitia, Pensiones, Portiones, Apportus & Possessiones, ac cetera premissa, vel eorum aliqua parcella, ab eis ut prefertur evinci vel ipsos inde expelli contingentia annuatim valent, percipiend' sibi & Successoribus suis, ad receptam Scaccarii nostri, Heredum & Successorum nostrorum, per manus Thes' & Camerar' nostri, Heredum & Successorum nostrorum, ibidem pro tempore existentium, a die hujusmodi evictionis, quousque iidem Prepositus & Scolares, seu Successores sui, alia Terras, Tenementa, Redditus, Servitia & Possessiones, ejusdem annui valoris, ex concessione nostra, vel Heredum & Successorum nostrorum, in forma predicta habuerint. Et quod iidem Thes' & Camer' qui pro tempore fuerint, habeant plenariam auctoritatem & potestatem auctoritate predicta, solvendi hujusmodi annuam summam, prefat' Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, in forma predicta, absque aliquo alio Waranto seu Mandato Nostri, Heredum seu Successorum nostrorum, in hac parte sibi dirigendo seu deliberand'. Concessimus insuper & licentiam dedimus, pro Nobis, Heredibus & Successoribus nostris, auctoritate predicta, Johanni Langton Clerico, Henrico Somer Armigero, Waltero Taillard & Johanni Coote Clerico, quod ipsi & eorum quilibet, pro elargatione, ampliatione & aisiamento Collegii predicti, omnimod' illa Ten', Mesuag', Edificia, Mansiones, Gardina, Curtilag', Territoria & Solum in Villa Cantebrig', que ipsi vel eorum aliquis habent vel habet, seu ipsi vel eorum aliquis sunt vel est legitime habituri vel habiturus in Feodo simplici, sibi & Heredibus suis, prout jacent divisim & parcellatim inter Venellam vocatam Scolelanes, jacentem subtus Collegium vocatum Gunwilhall, & tenem' Prioris & Conventus de Anglesey, nuper in tenura Rogeri Dodde defuncti, ex parte Boreali, & Venellam vocatam Nutlane ex parte Australi, & inter le Hyghstrete ex parte Orientali, & Vicum vocatum Mylnestrete ex parte Occidentali, & inter eundem Vicum vocatum Milnestrete & communem Ripariam, ac inter Aulam de Clare ex parte Boreali, & Venellam vocatam Chollestane alias Whitefrerelane ex parte Australi, dare & concedere possint & possit, eisdem Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam Elemosinam imperpetuum. Et eisdem Preposito & Scolaribus, quod ipsi & Successores sui, Ten', Mesuag', Edificia, Mansiones, Gardina, Curtilag', Territoria & Solum predict', a prefatis Johanne Langton, Henrico Waltero & Johanne Coote, seu ab eorum aliquo recipere, & ea sibi & Successoribus suis habere & tenere possint, in liberam, puram & perpetuam Elemosinam imperpetuum, auctoritate predicta, similiter licentiam dedimus specialem, dicto Statuto de Terris & Tenementis ad manum mortuam non ponend' in contrarium edito non obstante. Concessimus etiam, auctoritate predicti Parliamenti nostri, Priori & Conventui Prioratus Sancti Egidii de Bernewell, & eorum Successoribus, quod ipsi quamdam parcellam Terre sive Soli vocati Holwelle, jacent' apud Madyngley in Comitatu Cantebrigg', in Campo ejusdem, prope quamdam Grang' predict' Prioris & Conventus vocatam Morebernes, continentem in longitudine Triginta Pedes, & similiter in latitudine Triginta Pedes, dare & concedere possint, prefatis Preposito & Scolaribus. Habend' & Tenend', sibi & Successoribus suis imperpetuum, ad quemdam Aqueductum subterraneum ibidem faciend'; & a Terra sive Solo predict' usque Collegium predictum Aquam ducend': Necnon licentiam dedimus, auctoritate predicta, prefatis Priori & Conventui, ac cuilibet Ligeo nostro, quod iidem Prior & Conventus, & Successores sui, in quibuscumque Terris sive Solis & Aquis suis, ac quilibet Ligeus noster, Heredum & Successorum nostrorum, in quibuscumque Terris sive Solis, Locis & Aquis suis jacentibus inter predictam parcellam Terre sive Soli, & predictum Collegium, ac ad voluntatem eorumdem Prepositi & Scolarium, & Successorum suorum, a predicto Collegio, usque ad alia Loca quecumque infra Villam Cantebrigg', Suburbia & Libertates ejusdem, dare & concedere possint & possit, prefatis Preposito & Scolaribus, & Successoribus suis, Licentiam, auctoritatem & potestatem sufficientes, pro Fistulis & Pip' plumbeis, ac aliis rebus dicto Aqueductui congruis & necessariis ponend' & faciend'; ac pro salva conservatione hujusmodi Aqueductus, necnon pro reparatione ejusdem, quotiens & quando opus fuerit & necesse, per Ministros ipsorum Prepositi & Scolarium, & Successorum suorum, fodere possint, & Terram inde projicere, & post hujusmodi reparationem factam, Terram illam reponere & emendare imperpetuum. Et quod iidem Prepositus & Scolares, & Successores sui, dictam parcellam Terre sive Soli, cum omnibus & singulis Commoditatibus dicto Aqueductui congruis, ac Licentiam, auctoritatem & potestatem sufficientes, sibi & Successoribus suis, faciendi, excercendi & exequendi, omnia & singula ad hujusmodi Aqueductum necessaria, seu quomodolibet oportuna, a prefatis Priore & Conventu, vel eorum Successoribus, & a quolibet Ligeo nostro, Heredum & Successorum nostrorum, recipere, habere & tenere; ac eis modo & forma supradict', uti & gaudere possint imperpetuum, auctoritate predicta, similiter licentiam dedimus specialem; dicto Statuto de Terris & Tenementis ad manum mortuam non ponend' in contrarium edito non obstante. Concessimus etiam & Licentiam dedimus, auctoritate predicta, prefatis Preposito & Scolaribus, quod ipsi & Successores sui, in omnibus Viis, Vic' communibus, Strat' & Aquis nostris, pro Fistulis & Pip' plumbeis, ac aliis rebus dicto Aqueductui congruis & necessariis ponend' & faciend', ac pro salva conservatione dicti Aqueductus, necnon pro reparatione ejusdem, quotiens & quando opus fuerit & necesse, per Ministros ipsorum Prepositi & Scolarium, & Successorum suorum, fodere & Terram inde projicere, & post hujusmodi reparationem factam, Terram illam reponere & emendare possint imperpetuum. Concessimus etiam, auctoritate supradicta, Henrico Grey Militi, Domino de Powys, quod ipse Prioratum de Kersey in Comitatu Suff', sive omnia illa Domos, Edificia, Solum, Mansiones & Possessiones, que Prioratus de Kersey nuper vocabantur, una cum omnibus Maneriis, Dominiis, Terris, Tenementis, Pratis, Pascuis, Pasturis, Redditibus, Servitiis, Piscariis, Aquis, Viis, Semitis, Boscis, Visibus Franciplegii, Cur' Let', Warennis, Feriis, Mercatis, Francheisiis, Libertatibus, Portionibus, Pensionibus, Apport', Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Vicariarum, Capellarum, Cantariarum, ac aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, ad dict' Prioratum sive illa Domos, Edificia, Solum, Mansiones & Possessiones predicta, que Prioratus de Kersey nuper vocabantur, vel aliquam parcellam eorumdem, ac Maneria, Dominia, Terr', Tenementa, & cetera premissa, qualitercumque pertinentibus sive spectantibus, dare & concedere possit

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

(m. 13.)

prefatis

A. D. 1444. 23 Hen. VI.

tentia & juvamine, regni negotia melius, tutius & felicius dirigi & expediri valeant: idem Dominus noſter Rex, contemplans petitionem Communitatis predicte, infirmitateque qua Altiſſimo Salvatori noſtro perſonam ſuam viſitare placuit impedimentum preſtante, quo minus ad actualem executionem Protectionis & Defenſionis Regni ſui Anglie & Eccleſie Anglicane intendere poſſet, & ſi plurimis Celſitudo ſua vexaretur negotiis celeri ſanitati ſue recuperande obſtaculum foret conſiderat', ad inſtantiamq; Dominorum Spiritualium & Temporalium in eodem Parliamento exiſten', Decimo nono die Novembris, Anno regni ſui triceſimo quarto, de Induſtria & circumſpectione cariſſimi Conſanguinei ſui Ricardi Ducis Eborum plenarie confidens, de aviſamento & aſſenſu Dominorum tam Spiritualium quam Temporalium in Parliamento predicto exiſten', necnon de aſſenſu Communitatis predicte in eodem Parliamento exiſten', ordinavit & conſtituit dictum Conſanguineum ſuum, Regni ſui & Eccleſie Anglicane predictorum Protectorem & Defenſorem, ac Conſiliarium ipſius Domini Regis principalem; & quod ipſe Dux, ejuſdem regni Protector & Defenſor, ac ipſius Domini Regis principalis Conſiliarius ſit & nominetur; quouſque idem Conſanguineus ipſius Domini Regis, de occupatione ſive onere & nomine hujuſmodi, per prefatum Dominum Regem in Parliamento, de aviſamento & aſſenſu Dominorum Spiritualium & Temporalium in Parliamento exiſten', exoneretur. Auctoritate tamen dicti Ducis, quoad excercitium & occupationem oneris Protectoris & Defenſoris predict' omino ceſſante, cum ſive quando Edwardum dicti Domini Regis Filium Primogenitum contigerit ad Annos diſcretionis pervenire, ſi idem Edwardus onus Protectoris & Defenſoris predict' ſuper ſe adtunc aſſumere voluerit. Et quod ſuper hoc litere Domini Regis patentes fierent, ſub forma ſubſequenti.

HENRICUS, Dei gratia, Rex Anglie & Francie, & Dominus Hibernie; Omnibus ad quos preſentes Litere pervenerint, Salutem. Sciatis, quod cum Communitas Regni noſtri Anglie, in preſenti Parliamento noſtro exiſtens, Nobis ſepius humilime ſupplicaverit & inſtanter perſuaſerit, ob reprimendas Inſolentias, Rebelliones, Murdra & Riotas, que indies diverſis ejuſdem Regni partibus attemptantur & committuntur, & ob bonum publicum tuitionemque ejuſdem Regni, ac pacis noſtre, necnon tranquillitatis Subditorum noſtrorum conſervationem, inclinari & conſentire velimus perſonam aliquam potentem & idoneam, Protectorem & Defenſorem Regni noſtri predicti conſtituere & ordinare; cujus Sapientia & Induſtria, Potentia & Juvamine, Regni negotia melius, tutius & felicius dirigi & expediri valeant, Nos, petitionem Communitatis predicte contemplantes, Infirmitateque qua Altiſſimo Salvatori noſtro perſonam noſtram viſitare placuit impedimentum preſtante, quo minus ad actualem executionem Protectionis & Defenſionis Regni noſtri predicti & Eccleſie Anglicane intendere poſſimus, & ſi plurimis vexaremur negotiis celeri ſanitati recuperande obſtaculum foret conſiderat', de circumſpectione & Induſtria cariſſimi Conſanguinei noſtri Ricardi Ducis Eborum plenam fiduciam reportantes, de aviſamento & aſſenſu tam Dominorum Spiritualium & Temporalium, quam de aſſenſu Communitatis Regni noſtri Anglie, in inſtanti Parliamento noſtro exiſten', ordinavimus & conſtituimus ipſum Conſanguineum noſtrum, dicti Regni noſtri Anglie & Eccleſie Anglicane Protectorem & Defenſorem, ac Conſiliarium noſtrum principalem; & quod ipſe, ejuſdem Regni noſtri Anglie & Eccleſie Anglicane predict' Protector & Defenſor, ac principalis Conſiliarius noſter ſit & nominetur; quouſque idem Conſanguineus noſter, de occupatione ſive onere & nomine hujuſmodi, per Nos in Parliamento, de aviſamento & aſſenſu Dominorum Spiritualium & Temporalium in Parliamento exiſten', exoneretur, in & juxta vim, formam & effectum cujuſdam Acti in dicto inſtanti Parliamento die dat' preſentium habiti & concordati. Auctoritate tamen dicti Ducis, quoad excercitium & occupationem oneris Protectoris & Defenſoris predict' omino ceſſante, cum ſive quando Edwardus Filius noſter primogenitus ad annos diſcretionis pervenerit; preſentibus literis noſtris patentibus, necnon vigore & effectu earumdem extunc minime valitur', ſi dictus Edwardus, cum ad hujuſmodi annos pervenerit, onus Protectoris & Defenſoris predict' ſuper ſe aſſumere voluerit. Damus autem univerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis Fidelibus & Subditis noſtris dicti Regni noſtri Anglie quorum intereſt, tenore preſentium firmiter in mandatis, quod prefato Conſanguineo noſtro Duci Eborum, quotiens & quamdiu Protectionem & Defenſionem hujuſmodi ſic habuerit & occupaverit, in premiſſis faciend' pareant, obediant & intendant prout decet. In cujus rei teſtimonium, has Literas noſtras fieri fecimus Patentes. Teſte me ipſo apud Weſtm', Decimo nono die Novembris, Anno regni noſtri Triceſimo quarto.

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

QUIBUS omnibus actis, lectis & recitatis, acceptis & approbatis, auctoritate ſupradicta, idem Dux Eborum, habita prius matura deliberatione, onus & excercitium nominationis & occupationis hujuſmodi, ad Dei omnipotentis honorem, laudem & gloriam, Regis & regni predictorum commodum & utilitatem, necnon Dominorum predictorum complacentiam, & predicte Communitatis rei publiceque dicti regni augmentum, in ſe quantum ad ipſum pertinuit aſſumere ſe velle dixit, & aſſumpſit tunc ibidem, juxta formam Acti, Poteſtatis & Conceſſionum predict'. Et ulterius, idem Dominus Rex, de aviſamento & aſſenſu predictis, ordinavit & conſtituit, quod Edwardus Filius ſuus primogenitus, cum ſive quando ad annos diſcretionis pervenerit, regni Anglie & Eccleſie Anglicane Protector & Defenſor, ac principalis Conſiliarius ipſius Domini Regis ſit & nominetur, quamdiu eidem Domino Regi placuerit, ſi idem Edwardus, cum ad hujuſmodi annos pervenerit, onus Protectoris & Defenſoris predict' ſuper ſe aſſumere voluerit. Et ſuper hoc Litere Domini Regis Patentes fierent ſub forma ſubſequenti.

HENRICUS, Dei gratia, Rex Anglie & Francie, & Dominus Hibernie; Omnibus ad quos preſentes litere pervenerint, Salutem. Sciatis, quod cum Communitas Regni noſtri Anglie, in preſenti Parliamento noſtro exiſtens, Nobis ſepius humilime ſupplicaverit & inſtanter perſuaſerit, ob reprimendas Inſolentias, Rebelliones, Murdra & Riotas, que indies diverſis ejuſdem Regni partibus attemptantur & committuntur, & ob bonum publicum tuitionemque ejuſdem Regni, ac pacis noſtre, necnon tranquillitatis Subditorum noſtrorum conſervationem, inclinari & conſentire velimus perſonam aliquam potentem & idoneam, Protectorem & Defenſorem Regni noſtri predicti conſtituere & ordinare; cujus ſapientia & induſtria, potentia & juvamine, regni negotia melius, tutius & felicius dirigi & expediri valeant. Nos, petitionem Communitatis predicte contemplantes, Infirmitateque qua Altiſſimo Salvatori noſtro perſonam noſtram viſitare placuit impedimentum preſtante, quo minus ad actualem executionem Protectionis & Defenſionis regni noſtri Anglie & Eccleſie Anglicane intendere poſſimus, & ſi plurimis vexaremur negotiis celeri ſanitati recuperande obſtaculum foret conſiderat', de circumſpectione & Induſtria Edwardi cariſſimi Filii noſtri primogeniti plenam fiduciam naturalem reportantes, de aviſamento & aſſenſu tam Dominorum Spiritualium & Temporalium, quam de aſſenſu Communitatis Regni noſtri Anglie, in inſtanti Parliamento noſtro exiſten', ordinavimus & conſtituimus, quod prefatus Edwardus, cum ſive quando ad annos diſcretionis pervenerit, regni noſtri

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

Anglie & Ecclesie Anglicane Protector & Defensor, ac principalis Consiliarius noster sit & nominetur; quousque idem Filius noster, de occupatione sive onere & nomine hujusmodi per Nos in Parliamento, de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium in Parliamento existen', exoneretur; si idem Filius noster, cum ad hujusmodi annos pervenerit, onus Protectoris & Defensoris predict' super se assumere voluerit, in & juxta vim, formam & effectum cujusdam Acti in dicto Parliamento die dat' presentium habiti & concordati. Damus autem universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis Fidelibus & Subditis nostris dicti Regni nostri Anglie, quorum interest, tenore presentium firmiter in mandatis, quod prefato Edwardo Filio nostro primogenito, cum ad predictos annos pervenerit, quotiens & quamdiu Protectionem & defensionem hujusmodi sic habuerit & occupaverit, in premissis faciend' pareant, obediant & intendant prout decet. In cujus rei testimonium, has Literas nostras fieri fecimus Patentes. Teste me ipso apud Westm', Decimo nono die Novembris, Anno regni nostri Tricesimo quarto.

Pro Protectore.

40. MEMORAND', quod cum Dominus Rex, tam de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, quam de assensu Communitatis Regni sui Anglie, in presenti Parliamento existen', per Literas suas Patentes ordinaverit & constituerit carissimum Consanguineum suum, Ricardum Ducem Eborum, Protectorem & Defensorem Regni sui predicti, ac Ecclesie Anglicane, necnon principalem Consiliarium suum; & quod idem Dux Eborum, dict' Regni Protector & Defensor, ac principalis Consiliarius dicti Domini Regis sit & nominetur, in & juxta vim, formam & effectum cujusdam Acti in dicto Parliamento die dat' predictarum literarum in eodem Parliamento habiti & concordati. Ac insuper idem Dominus Rex, de assensu & avisamento predictis, per alias Literas suas Patentes, ordinaverit & constituerit Edwardum carissimum Filium suum primogenitum, cum sive quando ad annos discretionis pervenerit, Protectorem & Defensorem Regni & Ecclesie predictorum, ac principalem Consiliarium suum: Volens quod idem Filius suus, cum ad hujusmodi annos pervenerit, Protector & Defensor dictorum Regni & Ecclesie, ac principalis Consiliarius suus sit & nominetur, si adtunc onus Protectoris & Defensoris predict' super se assumere voluerit, in & juxta vim, formam & effectum cujusdam Acti in dicto Parliamento die dat' dictarum literarum in eodem Parliamento habiti & concordati. Prefatus Dominus Rex, considerans varios labores quos tam prefatum Edwardum, quam prefatum Ducem, occasionibus premissis subire oportebit, & volens proinde personas suas Honoribus & favoribus prosequi grosis, de avisamento & assensu predictis, voluit, concessit & ordinavit; quod tam prefatus Edwardus, quotiens & quando, cum ad annos predictos onus predictum super se assumpserit & realiter excercuerit & occupaverit; quam prefatus Dux, quotiens & quando onus illud habuerit & excercuerit, vacantibus Officiis Forestariorum, Parcariorum, ac Custodum Warennarum infra Regnum Anglie & partes Wall', ad donationem predicti Domini Regis ut ad Coronam suam pertinent', de eisdem Officiis disponere possit sub forma subsequenti; videlicet, quod quandocumque aliquod Officiorum predictorum vacare contigerit in futur', & donationi dicti Domini Regis spectans, tam dictus Edwardus cum ad annos predictos pervenerit, onus predictum super se adtunc assumens, quam dictus Dux occupationis Protectionis & Defensionis hujusmodi onus habens & excercens, personam idoneam ad idem Officium nominare, & inde sub signeto suo Custodi privati sigilli dicti Domini Regis qui pro tempore fuerit significare possit; qui super hoc tenebitur Cancellario Anglie, vel Custodi magni sigilli nostri pro tempore existen', literas sub privato sigillo, pro hujusmodi Officio quamdiu Regi placuerit obtinend', in forma debita conficere. Proviso semper, quod quelibet persona allquod hujusmodi Officium ad nominationem alicujus Edwardi & Ducis predictorum, virtute Acti presentis, per literas Domini Regis patentes optinens in futur', stet in Officio illo pacifice, juxta effectum literarum illarum, absque ammotione ejusdem, nisi per Dominum Regem, per avisamentum Dominorum Consilii sui ex causa rationabili coram eis monstrata & probata, ammoveatur de eodem.

ITEM, idem Dominus Rex, ex avisamento, consensu & causa predictis, voluit, concessit & ordinavit, quod uterque Edwardi & Ducis predictorum, pro tempore quo onus Protectionis & Defensionis predict' habuerit & excercuerit, ad quascumque Ecclesias parochiales, ultra taxam Viginti Marcarum, usque ad taxam Triginta Marcarum inclusive: Ac etiam omnes Prebendas in Capellis Regiis ad donationem Domini Regis jure Corone sue spectant' cum vacaverint, exceptis Decanatibus in eisdem Capellis Regiis, durante vigore literarum eis separaliter de Protectione & Defensione Regni predicti ut premittitur confectarum, idoneas personas nominare, & inde sub signeto suo prefato Custodi privati sigilli dicti Domini Regis significare possit; qui super hoc tenebitur Cancellario Anglie, vel Custodi magni sigilli pro tempore existen', literas sub privato sigillo, pro hujusmodi Ecclesiis & Prebendis obtinend', in forma predicta confitere, una cum nominationibus in & de permutationibus & ratificationibus Ecclesiarum & Prebendarum predictarum: cetera autem Officia, Prebende & Beneficia, superius non specificat', ac Decanatus predict', ad donationem sive presentationem Domini Regis spectantes sive spectantia, ad dispositionem predicti Domini Regis, de avisamento predicti Protectoris & Defensoris pro tempore existen', & ceterorum Dominorum de Consilio dicti Domini Regis, de tempore in tempus cum vacaverint, sint, cedant & pertineant; exceptis Beneficiis ad dispositionem, tam Cancellario Anglie ratione officii sui, quam Thes' Anglie ratione officii sui spectantibus. Insuper cum ita sit quod idem Dux, in tenendo honorifice statum suum, quem ampliare necesse erit, consideratione & causa dicti nominis Protectoris & Defensoris, cum ampliores honores illo respectu sibi debeantur, qui secum onera trahunt, eritque concursus frequentior ad eundem tam subditorum Regis, quam extraneorum, sua negotia prosequentium: Rex, de avisamento & assensu predictis, voluit, concessit & ordinavit, quod idem Dux, durantibus Protectione & Defensione predictis, habeat & percipiat annuatim pro vadiis suis, non quantum alii ante hec tempora habuerunt, set solum Duo Milia marcarum, attenta exili conditione moderna, & hoc per viam regardi; habeatque de hoc securam solutionem aut competentem assignationem: & si durante onere supradicto, casus exigat ut idem Dominus Dux, laborem personalem subire oporteat, pro illo labore speciali itinerando aut equitando aliterve proficiscendo pro regardo remunerationem seorsum habebit rationabilem & competentem, per avisamentum Dominorum de Consilio dicti Domini Regis. Proviso semper, quod presens Actus non extendat nec aliqualiter prejudicialis existat Margarete Regine Anglie, de aliqua concessione sibi per dictum Dominum Regem facta, neque alicui Actui Parliamenti pro ipsa facto.

The Government committed to the Privy Council.

41. THE XXII^ti day of Novembr', the yere of oure seid Soverayne Lord XXXIIII^ti, the mooste Cristen Prince the Kyng oure mooste drad Soverayne Lord, at his Palleys of Westm', remembryng that to the politique go-

vernaunce

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

vernaunce and reſtfull reule of this his Realme, apperteneth grete diligence and actuell laboure, the which is to his mooſt noble perſone full tedious and grete to ſuffre and bere. Alſo that every Prince muſt of verray neceſſitee have Counſaillers to helpe hym in his charges, to whome he muſte truſt and leene; for thees cauſes and other ſuch as moeve his high wiſedome, conſideryng that God hath endued ſuch as been of his Counſaill with grete wiſedome, cunnyng and experience, and knowe the direction to be had mooſt expedient for the ſadde and politique reule of this his land, whoos trouthes, love and good zele that they bere to his welfare, ſuertee of his high aſtate and Roiall perſone, been to hym approved and knowen, openyng his gracious diſpoſition, ordeyned and graunted, that his Counſaill ſhuld provyde, cõmyne, ordeyne, ſpede and conclude, all ſuch matiers as touche and concerne the good and politique rule and governaunce of this his land, and lawes therof, and directe thayme as it ſhal be thought to theire wiſdomes and diſcretions behovefull and expedient; ſoo alwaye that in all ſuch matiers as touchen the honour, wurſhip and ſuertee of his mooſt noble perſone, they ſhall late his Highnes have knowelech what direction they take in theym: deſiryng his ſaid Counſaill hertely, for the wele and eaſe of his ſaid perſone, and kepyng and beryng up his Roiall aſtate, to take this his wille and ordenaunce upon thaym. The which Lordes proteſtyng, that the high prerogative, preemynence and auctorite of his Mageſte Roiall, and alſo the ſoverauntee of thaym and all this lande, is and alwey mot reſte and ſhall reſte in his mooſt excellent perſone, offre thayme of humble obeiſſaunce, to put thaym in as grete diligence and devoir, to doo all that that mowe preferre or avaunce the ſaid high prerogatyve, preemynence and auctorite of his mooſt Excellence, and alſo his high regalie, and honorable aſtate and welfare, and the felicitee and ſuertee of his mooſt noble perſone, and alſo to the politique reule and governaunce of his lande, and the good publique, reſte and tranquillite of his ſubgettes, as ever did eny Counſaillers or ſubgettes to theire mooſt drad Soverayne Lord, and therunto at all tymes to be redy, not ſparyng therfore at eny tyme that it ſhall nede, to putte theire bodyes in jeopardie.

Pro Principe.

42. THE Kyng our Soveraine Lord, in this his preſent Parlement commenſed at Weſtm' the ix^e^ day of Juill, the xxxiii yere of his bleſſid reigne, proroged unto the xii day of Novembr' thanne next folowyng, (m. 19.) conſideryng that he by his Letters Patentes under his grete Seall, hath creat Edward his mooſt entierly belovyd firſtbegotyn ſonne and heir apparaunt, Prince of Wales, and Erle of the Counte Palatyne of Cheſtre: The tenoir wherof hereafter folowith.

HENRICUS, Dei gratia, Rex Anglie & Francie, & Dominus Hibernie; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Prepoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

De ſerenitate Regalis preeminentie, velut ex Sole radii, ſic inferiores prodiunt principatus, nec Regie claritatis integritas de luce lucem proferens ex lucis diſtributione memorate lucis ſenciat detrimenta; immo tanto magis regale Septrum extollitur, & Solium regium ſublimatur, quanto tribunali ſuo plures ſubſunt Proceres eminentie & claritatis: hec autem conſideratio condigna, Nos, qui nominis & honoris Edwardi Primogeniti noſtri cariſſimi incrementum appetimus, in quo potius Nos ipſos conſpicimus honorari, & Domum noſtram Regiam, ac ſubditum Nobis populum noſtrum ſperamus per Dei gratiam, ſumpta de gr̃oſis ſuis futur' auſpiciis conjectura, honorifice roborari, allicit & inducit, ut ipſum qui reputatione juris cenſetur eadem perſona Nobiſcum digno preveniamus honore & fecunda gratia proſequamur; de Conſilio itaque & conſenſu Prelatorum, Ducum, Comitum, Vicecomitum & Baronum Regni noſtri Anglie, in preſenti Parliamento noſtro exiſten', ipſum Edwardum, Principem Wallie, & Comitem Ceſtr' fecimus & creavimus, facimus & creamus; ac eidem Edwardo nomen, ſtilum, titulum, ſtatum, dignitatem & honorem Principatus & Com' eorumdem damus & concedimus, & per cartam noſtram confirmavimus, ac ipſum de eiſdem Principatu & Com' ut ibidem preficiend' preſideat & preſidendo dictas partes dirigat & defendat, per Certum in capite, & Annulum in digito aureum, ac Virgam auream inveſtivimus juxta morem: Habend' ſibi & Heredibus ſuis Regibus Anglie imperpetuum. Quare volumus & firmiter precipimus, pro Nobis & Heredibus noſtris, quod predictus Edwardus filius noſter, habeat nomen, ſtilum, titulum, ſtatum, dignitatem & honorem Principatus Wall' & Com' Ceſtr' predictorum, ſibi & Heredibus ſuis Regibus Anglie ut predictum eſt imperpetuum. Hiis Teſtibus, Venerabilibus Patribus J. Cardinali & Archiepiſcopo Cantuar', totius Anglie Primate, Cancellario noſtro, & W. Eborum Archiepiſcopo, Anglie Primate; Th. London', J. Lincoln', & W. Norwicen', Epiſcopis; cariſſimis Conſanguineis noſtris Ricardo Eborum, & Humfrido Buk', Ducibus; cariſſimo Fratre noſtro uterino Jaſpere Comite Pembr', cariſſimis Conſanguineis noſtris Ricardo Warr', Ricardo Sarum, & Jacobo Wiltef', Comitibus; ac dilectis & Fidelibus noſtris Radulpho Cromwell Camerario Hoſpitii noſtri, Willielmo Fauconbrigge, & Johanne Stourton, Militibus; & aliis. Dat' per manum noſtram, apud Palatium noſtrum Weſtm', quintodecimo die Martii, Anno regni noſtri Triceſimo ſecundo.

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

RATIFIETH, approveth and confermeth, the ſaid Creation, Letters Patentes, and all thinges in thaim conteined, by th'avis and aſſent of the Lordes Spirituelx and Temporelx, and Commyns in this his preſent Parlement aſſembled, and by auctorite of the ſame Parlement. And by cauſe that it is thought unto the Kynges Highneſſe, that it is behovefull and convenient the ſaid Prince to have divers Honours, Caſtels, Manoirs, Lordſhippes, Seignouries, Londes, Tenementes, Rentes, Advouſons of Chirches, Abbeys, Chapels, Priories, and of all other Beneſices, Reverſions, Services, Knyghtes fees, Voidances and Patronages, with other Libertees, fraunchiſes, enheritances, thinges and poſſeſſions in Wales, and in the ſeid Counte Palatyne of Cheſtre; graunteth to him, by the ſeid advis, aſſent and auctorite, his ſeveralx Letters Patentes therof, under his grete Seale, in manere and fourme folowyng.

HENRICUS, Dei gratia, Rex Anglie & Francie, & Dominus Hibernie; Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. Salutem. Sciatis, quod cum Nos Quintodecimo die Martii, Anno regni noſtri Triceſimo ſecundo, per Cartam noſtram, de Conſilio & conſenſu Prelatorum, Ducum, Comitum, Vicecomitum, Baronum, ceterorumque Procerum & Magnatum Regni noſtri Anglie, in Parliamento noſtro, Anno regni noſtri Triceſimo primo tento, Edwardum primogenitum cariſſimum noſtrum, in Principem Wall' & Comitem Ceſtr' fecerimus & creaverimus, ac eidem Edwardo nomen, ſtilum, titulum, ſtatum, dignitatem & honorem Principatus & Com' eorumdem dederimus & conceſſerimus, & per eandem Cartam noſtram confirmaverimus; ac ipſum de eiſdem Principatu & Com' ut ibidem preficiend' preſideat & preſidendo dictas partes dirigat & defendat, per Certum in capite, & Annulum in digito aureum, ac Virgam auream inveſtiverimus juxta morem: Habend' ſibi & Heredibus ſuis Regibus Anglie imperpetuum, prout in Carta predicta plenius

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

plenius continetur; quam quidem Cartam ac nomen, stilum, titulum, statum, dignitatem & honorem predicta, necnon omnia alia & singula in eadem contenta, eidem primogenito nostro sic factam, de gratia nostra speciali, ac de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, & Communitatum Regni nostri Anglie, in presenti Parliamento nostro apud Westm' nono die Julii, Anno regni nostri Tricesimo tertio inchoato, & usque Duodecimum diem Novembris tunc prox' sequen' prorogato existen'; eodem Duodecimo die Novembris, auctoritate ejusdem Parliamenti, ratificamus, approbamus & confirmamus, juxta formam & effectum Carte nostre predicte. Nos, ut idem Edwardus Princeps, statum suum hujusmodi juxta generis sui nobilitatem, ac tanti nominis excellentiam valeat decentius continere, ac dignitati sue onera necessaria incumbentia facilius supportare; dedimus & concessimus, & hac carta nostra, ex certa scientia nostra, de assensu & auctoritate predictis, confirmavimus prefato Edwardo Principi dictum Principatum Wall': Habend' & tenend' ut premittitur de Nobis sibi & Heredibus suis Regibus Anglie imperpetuum; una cum omnibus Dominiis & Terris nostris Northwall', Westwall' & Southwall'; ac Dominio, Castro, Villa & Com' de Caernarvan. Dominio, Castro & Villa de Conwey, cum Quatuor Commotis de Haph & Ughaph, Naveconwey & Cruthyn, in predicto Com' de Caernarvan. Ac Dominio, Castro & Villa de Curkyth. Dominio, Castro & Villa de Hardelagh, cum toto Com' de Meryonnyth. Dominio, Castra, Villa & Com' de Kermerdyn. Dominio, Castro & Villa de Lampadarvaur. Dominio & Senescalcia de Contremaure. Dominio, Castro, Villa & Com' de Cardigan'. Dominio & Castro de Haverford', cum prisis Vinorum ibidem. Castro & Dominio de Newcastell in Emelyn in Suthwall'. Ac Dominio de Newen & Plugheley in Northwall'. Com' & Dominio de Anglesey in Northwall'. Castro de Beaumaries in eodem Com' de Anglesey; ac omnibus Dominiis, Terris & Tenementis que fuerunt Resi ap Mereduk, & que ad manus inclite memorie Domini E. fil' Regis H. quondam Regis Anglie progenitoris nostri devenerunt; una cum omnibus aliis Dominiis, Civitatibus, Castris, Burgis, Villis, Maneriis, Membris, Hamelettis, Terris, Tenementis, Feodis Militum, Vacationibus Episcopatuum, Advocationibus Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarum, Parochialium, Prebendarum, & aliarum quarumcumque; necnon Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Hospitalium, Cantariarum, Vicariarum, & aliarum domorum Religiosarum, & Beneficiorum & Officiorum quorumcumque; Pensionibus, Portionibus, Annuitatibus, Corrodiis, Officiis, Mineris, Regalitatibus, Libertatibus, liberis Consuetudinibus, Custumis, prisis, & excercitio omnis Justiciatus & Cancellariatus, Homagiis, Redditibus, Servitiis, Proficuis, Pratis, Pascuis, Pasturis, wrecco Maris, Piscariis, moris, maresis, turbariis, Foresstis, Chaceis, Parcis, Boscis, Warennis, Hundredis, Commotis, Ragloriis, Ringeldiis, Senescalciis, Amobragiis, Cur', Wodwardiis, Constabulariis, Ballivis, Forestariis, Coronatoriis, Reversionibus, Feriis, Mercatis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Escaetis, & Servitiis Tenentium, tam liberorum quam nativorum, ac omnibus aliis tam ad dictum Principatum, quam ad Nos in partibus predictis spectan' quoquo modo; adeo plenarie & integre, sicut carissimus progenitor noster Edwardus nuper Princeps Wall', & carissimus Dominus & Pater noster Rex defunctus habuerunt & tenuerunt, seu eorum alter habuit & tenuit, seu habere & tenere debuisset, seu aliquis alius Princeps Wall' ea tenuit seu de jure tenere debuisset seu potuisset; una cum titulis, actionibus, placitis, sectis, demandis, calumpniis, punitionibus quibuscumque, Forisfacturis Terrarum, Tenementorum, Reddituum & Servitiorum, ac Escaetis, Wardis, Maritagiis, Presentationibus ad quecumque Officia & Beneficia Ecclesiastica, & aliis Rebus quibuscumque, ac Juribus universis Nos ante hec tempora in dicto Principatu ubicumque, quandocumque & qualitercumque concernent', seu Nobis de Jure vel Consuetudine partium illarum quomodolibet pertinen'; adeo plene & integre sicut Nos ea seu eorum aliquod habere possemus vel deberemus, si dictus Principatus in manibus nostris remansisset non concessus; ac etiam cum Reversionibus omnium & singulorum aliorum Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Feodorum, Advocationum, Annuitatum, Officiorum, & aliarum possessionum quarumcumque, ad Nos infra Principatum predictum post mortem quorumcumq; Tenentium eorumdem in Feodo talliato, in dotem per legem Anglie, ad terminum vite vel annorum, seu alias qualitercumque spectant' imperpetuum; faciendo Nobis, pro predicto Principatu & premissis omnibus, tale servitium quale invenietur celebris memorie Dominum E. fil' Regis Edwardi progenitorem nostrum, eidem Patri suo, pro predictis omnibus, dum ea tenuit ex concessione dicti Patris sui, feciisse. Et ulterius, dedimus etiam & concessimus eidem Edwardo Principi primogenito nostro, Centum & Tresdecim Libras, Sex Solidos & Octo Denarios per annum, de Exitibus, Proficuis & Reventionibus Dominii, Castri & Ville de Buelt cum pertinen', sive de quadem feodifirma eorumdem Dominii, Castri & Ville cum pertin', quam Ricardus Dux Eborum Nobis inde annuatim solvere tenetur; necnon Quinquaginta & sex Libras, Tresdecim Solidos & Quatuor Denarios per annum, de Exitibus, Proficuis & Reventionibus Dominii, Castri & Ville de Monte Gomery cum pertinen', sive de quadam Feodifirma eorumdem Dominii, Castri & Ville cum pertinen', quam idem Dux Nobis inde annuatim similiter solvere tenetur. Habend', tenend' & percipiend', eidem Edwardo Principi & Heredibus suis predictis, tam predictas Centum & Tresdecim Libras, Sex Solidos & Octo Denarios, de Exitibus, Proficuis & Reventionibus predictorum Dominii, Castri & Ville de Buelt cum pertinen', sive de Feodifirma eorumdem Dominii, Castri & Ville, quam predictas Quinquaginta & sex Libras, Tresdecim Solidos & Quatuor Denarios per annum, de Exitibus, Proficuis & Reventionibus predictorum Dominii, Castri & Ville de Monte Gomery cum pertinen', sive de Feodifirma eorumdem Dominii, Castri & Ville, per manus predicti Ducis, seu per manus Receptorum, Firmariorum, Tenentium, aut aliorum Occupatorum tam predictorum Dominii, Castri & Ville de Buelt, quam predictorum Dominii, Castri & Ville de Monte Gomery, pro tempore existen', ad terminos Pasche & Sancti Michaelis per equales portiones. Quare Volumus & firmiter precipimus, pro Nobis & Heredibus nostris, quod predictus Edwardus Princeps primogenitus noster, habeat & teneat Principatum predictum de Nobis, sibi & Heredibus suis Regibus Anglie imperpetuum, cum omnibus Dominiis & Terris, ac ceteris premissis in Northwall', Westwall' & Southwall', ac Dominiis, Commotis, Com', Castris, Villis, Civitatibus, Terris & Tenementis predictis; una cum omnibus aliis Dominiis, Civitatibus, Castris, Burgis, Villis, Maneriis, Membris, Hamelettis, Terris, Tenementis, Possessionibus, Feodis Militum, Vacationibus Episcopatuum, Advocationibus Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarum, Parochialium, Prebendarum, & aliarum quarumcumque; necnon Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Cantariarum, Hospitalium, Vicariarum, & aliarum Domorum Religiosarum, & Beneficiorum & Officiorum quorumcumque; Pensionibus, Portionibus, Annuitatibus, Corrodiis, Officiis, Mineris, Regalitatibus, Libertatibus, liberis Consuetudinibus, Custumis, prisis, & excercitio omnis Justiciatus & Cancellariatus, Homagiis, Servitiis, Redditibus, Proficuis, Pratis, Pascuis, Pasturis, Wrecco Maris, piscariis, moris, marisis, Turbariis, Foresstis, Chaceis, Parcis, Boscis, Warennis, Hundredis, Commotis, Ragloriis, Ringeldiis, Senescalciis, Amobragiis, Cur', Wodewardiis, Constabulariis, Ballivis, Forestariis, Coronatoriis, Reversionibus, Feriis, Mercatis,

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

Mercatis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Escaetis, & Servitiis Tenentium, tam liberorum quam nativorum, & omnibus aliis tam ad predictum Principatum, quam ad Nos in dictis partibus spectan' quoquomodo; adeo plene & integre sicut prefatus progenitor noster Edwardus nuper Princeps Wall', & carissimus Dominus & Pater noster Rex defunctus habuerunt & tenuerunt, seu eorum alter habuit & tenuit, seu habere & tenere debuisset, seu aliquis alius Princeps Wall' ea tenuit, seu de jure tenere debuisset vel potuisset; una cum titulis, actionibus, placitis, sectis, demandis, calumpniis, punitionibus, forisfacturis Terrarum, Tenementorum, Reddituum & Servitiorum, ac Escaetis, Wardis, Maritagiis, Presentationibus ad quecumque Officia & Beneficia Ecclesiastica, & aliis Rebus quibuscumque, ac Juribus universis, Nos ante hec tempora in dicto Principatu ubicumque, quandocumque & qualitercumque concernentibus, seu Nobis de jure vel Consuetudine partium illarum quomodolibet pertinen'; adeo plene & integre, sicut Nos ea seu eorum aliquod habere possemus vel deberemus, si dictus Principatus in manibus nostris remansisset non concessus: ac etiam cum Reversionibus omnium & singulorum aliorum Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Feodorum, Advocationum, Annuitatum, Officiorum, & aliarum possessionum quarumcumque, ad Nos infra Principatum predictum, post mortem quorumcumq; Tenentium eorumdem in feodo talliato, in Dotem per legem Anglie, ad terminum vite vel annorum, seu alias qualitercumque spectan' imperpetuum; faciendo Nobis pro dicto Principatu, & pro omnibus aliis premissis, tale servitium quale invenietur predictum Dominum E. fil' Regis E. eidem Patri suo, pro omnibus premissis, dum ea tenuit ex concessione dicti Patris sui, feciisse, sicut predictum est. Salvis semper quibuscumque Ligeis nostris, jure, titulo & interesse suis, de & in Castris, Dominiis, Maneriis, Villis, Terris, Tenementis, & ceteris premissis quibuscumque, & qualibet parcell' eorumdem, que ipsi seu eorum aliquis, Antecessores seu Predecessores sui, habuerunt seu habuit in premissis, seu aliquo premissorum, primo die Regni nostri, aliter quam per Literas nostras Patentes sibi seu eorum alicui inde confectas. Hiis Testibus &c. Dat' per manum nostram &c.

HENRICUS, Dei gratia, Rex Anglie & Francie, & Dominus Hibernie; Archiepiscopis, Episcopis &c. Salutem.

Sciatis, quod cum Nos, Quintodecimo die Martii, Anno regni nostri Tricesimo secundo, per Cartam nostram, & Consensu Prelatorum, Ducum, Comitum, Vicecomitum, Baronum, ceterorumque Procerum & Magnatum Regni nostri Anglie, in Parliamento nostro, Anno regni nostri Tricesimo primo tento, Edwardum primogenitum nostrum carissimum, in Principem Wall' & Comitem Cestr' fecerimus & creaverimus, ac eidem Edwardo primogenito nostro, nomen, stilum, titulum, statum, dignitatem & honorem Principatus & Com' eorumdem Dederimus & concesserimus, & per eandem Cartam nostram confirmaverimus, ac ipsum de eisdem Principatu & Com' ut ibidem preficiend' presideat & presidendo dictas partes dirigat & defendat, per Certum in capite, & Anulum in digito aureum, ac Virgam auream investiverimus juxta morem: Habend' sibi & Heredibus suis Regibus Anglie imperpetuum, prout in Carta predicta plenius continetur. Quam quidem Cartam, ac nomen, stilum, titulum, statum, dignitatem & honorem predicta, necnon omnia alia & singula in eadem contenta, eidem primogenito sic factam, de gratia nostra speciali, ac de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, & Communitatum Regni nostri Anglie, in presenti Parliamento nostro apud Westm' Nono die Julii, Anno regni nostri Tricesimo tertio inchoato, & usque Duodecimum diem Novembris tunc prox' sequen' prorogato existen', eodem Duodecimo die Novembris, auctoritate ejusdem Parliamenti ratificamus, approbamus & confirmamus, juxta formam & effectum Carte nostre predicte. Nos, ut idem Edwardus primogenitus noster Comes Cestr', statum suum hujusmodi juxta generis sui nobilitatem ac nominis dignitatem valeat eo quo decet Honore manutenere; Dedimus & concessimus, & hac Carta nostra, de auctoritate & assensu predictis, confirmavimus eidem Comiti, Com' nostros Palatinos Cestr' & Flynt, & Castra nostra de Cestr', Bessone, Rotheland', Hope & Flynt, & Terras nostras ibidem, ac Maneria & Terras de Hopedale & Frodesham, necnon Cantredum & Terram de Inglefeld, & omnia alia Maneria nostra in Com' predictis cum pertinen': Habend' & Tenend' eidem Comiti & Heredibus suis Regibus Anglie, una cum Feodis Militum, tam forinsecis in Angl' quam aliis, & Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hospitalium, Capellarum, Cantariarum, Vicariarum, & aliarum Domorum Religiosarum, & Beneficiorum & Officiorum quorumcumque, Pensionibus, Portionibus, Annuitatibus, Corrodiis, Officiis, Prisis, Custumis, Libertatibus, Regalitatibus, liberis Consuetudinibus, Franchesiis, Dominiis, Commotis, Hundredis, Escaetis, Forisfacturis, Feriis, Mercatis, Forestis, Chaceis, Parcis, Boscis, Warennis, Maritagiis, Releviis, Servitiis, Piscariis, Molendinis, Dominiis, Possessionibus, Proficuis & Emolumentis quibuscumque, quibuscumque nominibus censeantur, & omnibus aliis Rebus ad eadem Com', Castra, Maneria, Terras, Cantredum, Commotos & Hundreda, tam in Angl' quam in Wall' & March' Wall' qualitercumque spectan', seu de jure pertinere debent'; adeo plene & integre, & eisdem modis & Conditionibus, sicut carissimus progenitor noster Edwardus nuper Comes Cestr', aut carissimus Dominus & pater noster Rex defunctus, seu aliquis alius Comes predictorum Com' Cestr' & Flynt, dicta Com', Castra, Maneria, Terras, Cantredum, Feoda, Dominia & Possessiones cum pertin' predictis tenuit & habuit, seu tenere & habere de jure debuisset, sine ullo retinemento; ac etiam cum Advocatione Ecclesie Cathedralis Assaven', & cum Vacationibus, Exitibus & Proficuis Temporalium, tam Episcopatus Cestr' infra dictum Com' Cestr' existen', quam dicti Episcopatus Assaven', in singulis vacationibus Episcopatus eorumdem Episcopatuum qualitercumque accidentibus & provenientibus; necnon Feodis Militum, & Advocationibus Ecclesiarum, Prebendarum, Capellarum, Cantariarum, Vicariarum, Portionum, Pensionum, ac aliorum Beneficiorum & Officiorum quorumcumque, tam ad dictum Episcopatum Cestr' infra eundem Com' Cestr', quam ad dictum Episcopatum Assaven' ubicumque pertinen', durantibus vacationibus supradictis; una cum titulis, actionibus, placitis, sectis, demandis, calumpniis, punitionibus quibuscumque, & forisfacturis Terrarum, Tenementorum, Reddituum & Servitiorum, ac Escaetis, Wardis, Maritagiis, Presentationibus ad quecumque Officia & Beneficia Ecclesiastica, & aliis Rebus quibuscumque, ac Juribus universis Nos ante hec tempora in dictis Com' ubicumque quecumque & qualitercumque concernentibus, seu Nobis de jure vel de consuetudine partium illarum quomodolibet pertinen'; adeo plene & integre sicut Nos ea seu eorum aliquod habere possemus vel deberemus, si dicti Com' in manibus nostris remansissent non concessi; ac etiam cum (m. 18.) Reversionibus omnium & singulorum aliorum Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Feodorum, Advocationum, Annuitatum, Officiorum, & aliarum Possessionum quarumcumque, ad Nos infra Com' predictos, post mortem aliquorum Tenentium eorumdem Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Feodorum, Advocationum, Annuitatum, Officiorum, & aliarum Possessionum quarumcumque in feodo talliato, in Dotem per legem Anglie, ad terminum vite vel annorum, seu alias qualitercumque spectan' imperpetuum. Quare volumus & firmiter precipimus, pro Nobis & Heredibus nostris, quod

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

quod predictus Comes primogenitus noster, habeat & teneat de Nobis, sibi & Heredibus suis Regibus Anglie, Com', Castra, Maneria, Terras & Cantredum predicta, cum pertin'; una cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hospitalium, Capellarum, Cantariarum, Vicariarum, & aliarum Domorum Religiosarum, & Beneficiorum & Officiorum quorumcumque; Pensionibus, Portionibus, Annuitatibus, Corrodiis, Officiis, Prisis, Custumis, Libertatibus, Regalitatibus, liberis Consuetudinibus, Franchesiis, Dominiis, Commotis, Hundredis, Escaetis, Forisfacturis, Feriis, Mercatis, Forestis, Chaceis, Parcis, Boscis, Warennis, Maritagiis, Releviis, Servitiis, Piscariis, Molendinis, Dominiis, Possessionibus, Proficuiis & Emolumentis quibuscumque, quibuscumque nominibus censeantur, & omnibus aliis Rebus ad eadem Com', Castra, Maneria, Terras & Cantredum, tam in Angl' quam in Wall' & March' Wall' qualitercumque spectan', seu de jure pertinere debent'; adeo plene & integre, & eisdem modis & conditionibus, sicut idem progenitor noster nuper Comes Cestr', aut carissimus Dominus & Pater noster Rex defunctus, seu aliquis alius Comes predictorum Com' Cestr' & Flynt illa tenuit & habuit, seu de jure habere & tenere debuisset, sine ullo retinemento; ac etiam Advocationibus Ecclesie Cathedralis Assaven', & cum Vacationibus, Exitibus & Proficuis Temporalium tam Episcopatus Cestr' infra dictum Com' Cestr' existen', quam dicti Episcopatus Assaven', in singulis vacationibus eorumdem Episcopatuum, qualitercumque accidentibus & provenientibus; ac etiam cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Prebendarum, Capellarum, Cantariarum, Vicariarum, Portionum, Pensionum, ac aliorum Beneficiorum & Officiorum quorumcumque, tam ad dictum Episcopatum infra eundem Com' Cestr', quam ad predictum Episcopatum Assaven' ubicumque pertinen', durantibus vacationibus supradictis; una cum titulis, actionibus, placitis, sectis, demandis, calumpniis, punitionibus, forisfacturis Terrarum, Tenementorum, Reddituum, Servitiorum, Escaetis, Wardis, Maritagiis, Presentationibus ad quecumque Officia & Beneficia Ecclesiastica, & aliis Rebus quibuscumque, ac Juribus universis, Nos ante hec tempora in dictis Com' ubicumque, quandocumque & qualitercumque concernentibus, seu Nobis de jure seu Consuetudine partium illarum quomodolibet pertinen'; adeo plene & integre sicut Nos ea seu eorum aliquod habere possemus vel deberemus si dicti Com' in manibus nostris remansissent non concessi; ac etiam cum Reversionibus omnium & singulorum Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Feodorum, Advocationum, Annuitatum, Officiorum, & aliarum Possessionum quarumcumque, ad Nos infra Com' predictos post mortem Tenentium eorumdem Maneriorum, Terrarum & Tenementorum, Feod', Advocationum, Annuitatum, Officiorum, & aliarum Possessionum quarumcumque, in feodo talliato, in Dotem per legem Anglie, ad terminum vite vel annorum, seu alias qualitercumque spectan' imperpetuum, sicut predictum est: salvis semper quibuscumque Ligeis nostris, jure, titulo & interesse suis, de & in Castris, Dominiis, Maneriis, Villis, Terris & Tenementis, & ceteris premissis quibuscumque, & in qualibet parcella eorumdem, que ipsi seu eorum aliquis, Antecessores seu Predecessores sui, habuerunt seu habuit in premissis, seu aliquo premissorum, primo die Regni nostri, aliter quam per Literas nostras Patentes sibi seu eorum alicui inde confectas. Hiis Testibus &c. Dat' per manum &c.

P. o Principe; Liberat' Ducat' Cornub'.

43. AND moreover the Kyng consideryng, that his said best belovyd first begoten sonne, tyme of his birth is Duke of Cornewayle, and aught of right to have lyvere of the said Duchie, and of all Honours, Lordships, Seignories, Castels, Manoirs, Londes, Tenementes, Rentes, Possessions and Enheritaunces, with theire appurtenaunces, to the said Duchie belongyng or parcell of the same in any wyse, by the said advis, assent and auctorite, the said XII day of November, delyvereth and doth to be delyvered to the said Prynce his first begoten sonne, the said Duchie of Cornewayll, and all Honours, Lordships, Seignories, Castels, Manoirs, Londes, Tenementes, Rentes, Reversions, Fermes, Feefermes, Knyghtesfees, Advousons of Chtirches, Chapels, and all other Benefices, Hospitals, Chaunteries, with all manere Libertees, Fraunchises, Offices, Courtes, Viewes of frank plegg', Wayses, Strayes, Forfaitures, wrekkes of the See, prises of Wyne, Custumes Havenary, Tolles, Cunage of Tynne, Stannaries, Markettes, Faires, with all other thinges, possessions and enheritaunces, profites and commoditees, with theire appurtenaunces, to the said Duchie annexid, unyed, perteynyng or belongyng, or parcell of the same in any wyse; and that the said Prynce have, enjoye and possede all the premisses, as largely, frely and entirely, and in as ample fourme, as Prynce Edward, sonne of Kyng Edward the thrid his progenitour, or the most noble Cristen victorious prince Kyng Henry the v his Fadre, aiell to his said sonne, ever had, enjoyed or possessed afore this tyme, as Dukes of Cornewaile, the premisses or any parcell therof; and that his said sonne Prynce Edward nowe beyng, have, entre, occupie and enjoie the same, fro the said XII day, to hym in like fourme, estate and enheritaunce, as the said Edward first begoten sone of Kyng Edward the thrid his progenitour had and enjoyed the same. And for asmoche as the said Prince is tendre of age, it is thought convenient that ther be ordeyned and assigned a certeyne nombre of persones to be aboute the Prince, his servauntes, accordyng to his estate; and yat the said Prince and his said servauntes, to sojorne and be at diettez in the Kynges Houshold, unto the tyme he be of XIIII yeres of age: the Kyng, by th'avise and auctorite aforesaid, willeth and ordeyneth, that the said Prince shall sojorne and be at diettez with the Kyng, to the tyme that he be of the said age of XIIII yeres; that the Kyng shall have yerely for the seid diettez, from the XII day of Novembr' the XXXIIII^ti yere of his reigne, all such yerely summez of money as shall clerely remayne to the said Prince due, of all manere issuez and revenuez growyng and commyng of the said Principaltee, Erldome and Duchie, from the said XII day of Novembr', to the tyme that he come to the age of XIIII yeres, over Fees, wages of Officers of old tyme therof due and accustumed, and reparations, and all maner necessarie costes and reprisez of the same Principaltee, Erldome and Duchie, as it shall openly appere yerely, by accompte therof to be made before the Barons of the Kynges Eschequer, or Auditours, to here the said accompte by the Kyng to be assigned: alwey therof yerely to the said Prince reserved by auctorite aforesaid, the summez of a M li. into the tyme the said Prince come to the age of VIII yerez, and fro the said age of VIII yerez, to the said Prince be of the age of XIIII yere, yerely reserved to the said Prince the summe of MM Marcs, for his Warderobe, wagez of his servauntez, and other necessarie expensez; the which summez of M li., and MM Marcs, in fourme aforesaid, the said Prince, duryng the said tyme of his sojourne, shall have and receyve of the first money growyng and commyng of the Revenuez and issuez aforesaid, withoute any accompte therof yeldyng; and that the said yerely issuez and Revenuez of the said Principaltee, Erldome and Duchie, duryng the tyme aforesaid, savyng the said summez of a M li., and MM Marcs to the said Prince before reserved, to be emploied and applied oonly to the Kynges Housshold, and to noon other oese. And if eny assignement

A. D. 1455. 34 Hen. VI.

be made to eny perſone or perſonez of the premiſſez to the contrarie, that than all ſuch aſſignement by the ſeid auctorite be voide and of noon effect.

Provided alwey, that this Acte in eny wiſe extende not nor be prejudiciall nor hurt, to eny perſone or perſones, havyng eny title, right, intereſt or poſſeſſion, which they or eny of theym nowe have, of, to, or in eny of the premiſſes, or in any parcell therof, by reaſon of any title or right to theym, or any of theym, theire Aunceſtr', Predeceſſours, or eny other whoſe aſtate they or any of theym, or any having aſtate be theym have or hadde growen to theym or any of theym, or to eny havyng eſtate be theym, afore the firſt day of the reigne of the Kyng that nowe is: ſavyng alſo to the Kyng oure Soverayne Lord, all avoidaunce of Biſſhoprich, Abbeys and Priories, and all manere preſentations and yeftes of avouſ' of Biſſhopriches, Abbes, Priories, Chirches, Chapels, Hoſpitalitees, Chaunteries, and of all other Benefices above reherced, unto the tyme the ſaid Prince come to the age of xiiii yere: ſavyng alſo to oure ſaid Soveraine Lord, all manere Knyghtesfees, Wardes, Mariages, Reliefes and Eſchetes, that been or ſhall happe to falle and growe, in or of the ſaid Principaltee, Counte or Duchie, or any parcell therof, unto the tyme the ſaid Prince come to the ſaid age of xiiii yere: ſavyng alſo to our ſaid Soveraine Lord, the yeftes of all Offices that ſhall fall and growe in or of all the premiſſes, or any parcell therof, or by reaſon of the premiſſes or any parcell therof, unto the tyme the ſaid Prince come to the ſaid age of xiiii yere as it is aforeſaid.

Provided alweyes and ordeyned by the ſaid auctorite, that Margarete Quene of Englond, have and hold duryng the ſaid xiiii yeres, all Londes and Tenementes parcell of the ſaid Duchſe, Rentes, Profittes and Annuitees, to hir afore this tyme in eny wyſe graunted, to be hadde of the Iſſuez and Revenuez of the ſaid Duchie, or of any parcel yerof, in and of like fourme and eſtate as ſhe had theym before the firſt day of this preſent Parlement.

Provided alweyes, that this Acte extende not nor be prejudiciall, to any Graunte or Acte made by auctorite of this preſent Parlement, before the firſt day of Januar' the yere of oure reigne ye xxxiiii^ti, of mmccccvi li. xii ſ. viii d. ob. q., to be takyn and levyed of the iſſuez, profites and revenuez of the ſaid Principaltee, Erldome and Duchie, or of any parcell of them, to be emploied and applied to the expenſes of oure Houſhold, which were aſſigned or ſhall be aſſigned by Henry Bouchier Lord Bouchier Theſ' of Englond, by taill or bill by reaſon of the ſaid Acte, to any perſone or perſones for youre ſaid Houſhold.

Provided alſo, that this Acte extende not nor be prejudiciall, to any perſone or perſones as of any Office or Offices that neden actuell excerciſe, graunted to theim or any of theim by us by oure Letters Patentes, ne to the wages and fees to ſuch Office or Offices due and accuſtumed.

